
BREVIARIUM DE DECIMIS, AUCTORE ALEXANDRO MONETA, D...


Giovanni Pietro Moneta, Jakob Otto, ...








BREVIARIUM
DE DECIMIS,
AUCTORE
ALEXANDRO MONETA,
D. MEDIOLANENSI.
Oder
Zehend-Büchlein/
IN
GENERE & IN SPECIE,
AD
FORUM UTRUMQUE,
PRAXINQUE QUOTIDIA-
NAM MODERNAM,
Per
Parerga aliquot Alphabetica,
Junctis Consiliis accommodatum
& repraesentatum
A
JACOBO OTTONE, D. Caesar. Pal.
Lateran. Com. & Reipubl. Ulm.
CONSILIARIO.



ULMAE,
Impensis GEORGII WILHELMI
KÜHNII, 1696.



EPILOGUS
AD
BENEVOL. LECTOREM.

INgenui pudoris est, *fateri, per quos profeceris*, secundum mentem Interpret. Juris, quod ipsum *monitum* non minus serium, quam verum, *Dn. Authorem in suis XV. Opusculis*, hactenus in lucem editis, albo calculo notasse, imo vere serioque identidem observasse, *eorundem Lectores ipsi* lectiss. fortasse an ultro adstipulabuntur, qua de causa ingenii hos fœtus, *benevolis Lecturis singulis*, publici usus ergo, eâ, quâ par est, animi submissione commendabimus, quos inter 1. ille libellus formæ quartæ de *Legitimatione illegitimorum*, quo Dn. Auctoris nomen Literat

to Orbi legitime legitimatum: *Dein:* quia beneficium illud legitimandi illegitimos, eſt notorie de Reservatis Cæsar. quod immediate S. Palatii Comitibus communicatum, ideo pro *tanto ſingulari Cæſareo Bono & Dono, Cynoſura Auguſti & Auguſtæ* in forma quarta gratias habere immortales conveniebat: poſt obitum paternum, 3. *Conſiliorum Exoticorum delectum* agere in forma quarta, Filio incumbebat: *De Uſu,* 4. *& Abuſu Juramentorum* in forma octava Decalogi Tabulam primam in Numinis Altiſſimi Honorem, repræſentare ſatagebat. Notas 5. ad *Manzianum Tr. de Teſtamento Valido & Invalido &c.* in fol. adpingere, Bibliopolæ rogitabant. De *Jure* 6. *Venat. Lib.* in form. quart. ejusdem *Advocatum* agere addecebat. De *Jure* 7. *perſonali* in forma quarta tractare, Cæſarea privilegia, & inſimul Experientia quotidiana in memoriam revocabat: *Ratio-*

ne

ne Reservatorum 8. vel *Requisitorum Necessariorum* Dicasterii Provincialis in forma quarta interpretamenta proponere, *Referentis* quoque intererat: 9. *Pignorationum materiam* in forma quarta publici itidem *Juris* facere, ipsissima praxis suppeditabat: 10. *Corpus juris criminalis* juncta Compage, membris articulisque maxima pars Dnn. Consulentium Ordinis Equestris Nobiliss. compilare instigabat: 11. *Templum pacis & paciscentium* in forma octava, mutuatitia licet structura innumerabilium fere Scriptorum extruere tentabat: Cui 12. successit *Medulla Substitutionum* in forma octava, materia etiam rara & cara: quam 13. excepit *Rhenanus cum Danubiano Commentariolo* in forma quarta. Denique 14. *Biga Breviariorum* scil. *Fideicommissor.* in form. duod. & 15. *Decimarum* in form. oct. Et quia isti publicis Typis exscripti Tractatus omnes & singuli respectu Lectorum Candid. inter *Species*

Insinuationum referuntur; itaque peculiarem 16. constituent libellum schedæ proxime edendæ *insinuationum diversorum documentorum* &c. queis accedent cum DEO, progressu temporis, alia *Juris* tum *Divini*, tum *publici Lecturis favorabilibus insinuanda volumina* &c.

Interea Divinæ Umboni commendati ex voto valeant.





ALEXANDRI MONETÆ, D. Mediolanensis, BREVIARIUM De DECIMIS cum AUCTARIO.



Reviter (A) tractaturus quantum & temporis angustia & rei magnitudo patiũtur, amplissimam materiam Decimarum, omissis (penè) iis, quæ plus subtilitatis, & eruditionis habent, quam necessitatis aut utilitatis; nec non relictis ut plurimum variis Doctorum opinionibus, comuniori & veriori sententiæ adhærens, utiliores quæstiones resolutivè decidam. (B)

Ad

PRÆFAT. AL. MONETÆ PARERG. ALPHABET.

ad Lit. A.

RECtius igitur *BREVIARIUM*, quàm Integrum Tractatum inscripseris, vel sec.

Henr. Canisium, D Noviomag. Prælectiones Acad. in Tit. illum singularem Juris Canon. de Decimis, primitiis & oblationibus, melius appellaveris, quàm Tr. Tyndari & Rebuffi de eod. argumento, quos A. nr. hinc inde jugiter allegat: Itemque Joh. von Werndlen in dem Teutschen Tract. von Zehendt-Rechten / rc.

(B) Diversos enim ad diversa diversæ movent causæ: Sic Alii materiæ dulcuntur novitate; Alii ejusdem utilitate. Harum, quæ alteri sit præferenda, uti optio difficilior est, ita arbitror, nec illos, quod ingenii, laborisque insoliti gloriam præprimis quærant laude sua indignos esse: nec hos, ceu quos excusat fortè frequens in Vita Civili, & hinc necessarius, quem respiciunt, usus. Et prudenter *Aristippus ap. Laertium* percontanti, quæ potissimum etiam adolescentibus sint discenda? respondit: QVÆ VIRIS USUI FUTURA SUNT. Plus namque scire velle, quàm sit satis, intemperantiæ genus est, juxta Senecæ monitum. Optimè itaque rebus suis consulere videntur, qui istud effatum *Iustiniani* sequentes, Jurisprudentiam ita tractant, ut aures & animi illorum nihil inutile, sed quod in ipsis rerum obtinet argumentis, accipiant; ac præprimis, quæ nostro tempore, in proprio foro, infrequentiori sunt usu, diligenter ob servant.

Turpe siquidem est, antiqua & peregrina scire, hodierna verò & patria ignorare jura

arg.

arg. l. 2. §. 43. ff. de O. J. Nudi antiquitatis sectatores similes sunt illis, qui quidem marsupium rectè signata pecunia plenum habent, sed in illa regione, ubi necessaria sunt coëmenda, non currente, non expendibili. Hinc prudentissimè scribit *Mevius in dedic. Commentar. Jur Lub.* Nota & destinata vitæ Civili jurisprudentia frustra & præposterè, imò perniciosè colitur, cum ad Scholam magis & opiniones, quàm ad vitam & praxin hominum naturæ & ingeniis congruam aptatur. Hæc & similia perpendentes A A. decimarum, materiam hanc longè amplissimam, usitatissimam, in Judiciis frequentissimam, & multis difficultatatibus ac controversiis obnoxiam, passim agnoscunt. Scriptores cum *Rebuffo in limine Tractat. de decim.* ubi addit: ad sua usque tempora ferè abstinuisse Auctores à pleno ac profundiori examine hujus materiæ, absterritos laboris magnitudine. Verùm non deerant omninò quidam Vett. nec desunt Rebuffo posteriores, qui plurimùm hos calles asperos complanarunt, ii præcipuè qui speciali cura & tractatū fusiori Q. Q. Canonicas de Decimis vulgarunt, quos ex aliis recenset *Dn. Com.* Könïgle/ *&c. in Manipul. decim præf.* Sed quantumcunque labor hic sit difficultate ferreus, utilitate tamen est aureus; cujus rei intuitu cum A. nr. in præsenti quoque Decimar. materia vires omnes in eum inprimis scopum defigendæ sunt, ut constanti quodam ordine,

claráque methodo proceodatur. Nempe non tam nova in Jure alterutro dicenda, aut scribenda sunt, quàm novo quodam seu meliori ordine, ac methodo; sat utilitatis in bonum publicum redundabit, si eo fructu laboret calamus, ut usurpare queat ea verba, quæ *in præfat. Tom. 3 Eras. Chokier de Iurisd.* leguntur: Solus ordo, sola dispositio ferè mea est, cætera aliena.

Et licet oblationum & primitiarum materia valde affinis sit decimali; illam tamen plenius ventilandam consulto omittam, quoniam & brevitati consulo, & de decimis dumtaxat aliquid scribere jussus sum. (C)

(C) De qua differentia agetur infr. prolixius sub cap. II. quæst. 3. ut & ex professo sub Cap. X.

Hunc ergo tractatum rei decimalis perspicuitatis causa in octo seu decem capita, eorumque singula, ubi opus fuerit, in aliquot quæstiones distinguemus:

Primo enim videbimus, quo jure (seu causa Effic.) inventæ sint & introductæ decimæ?

Secundo, quid sit decima?

Tertio, quotuplex sit?

Quarto, à quibus solvi debeant decimæ?

mæ? ubi etiam de causis, quibus excusantur aliqui à solutione?

Quinto, quibus personis, & Ecclesiis solvendæ sint?

Sexto, quibus de rebus (utp. C. Mat.) solvantur decima?

Septimo, *dicemus* de circumstantiis loci, temporis, & modo solutionis decimarum?

Octavo, de modo procedendi circa exactionem decimarum: vel, quâ formâ solvendæ decimæ?

Nono, de Utilitatibus decimarum; quoque Effectu, Jus in decimas Ecclesiæ vel Parocho competat?

Decimo, de Affinibus decimarum; earumque contrariis, per quæ tollantur, vel obligatio solvendi decimas.

SUMMÆ RERUM.

1. Decimæ originem habuerunt ante legem scriptam, quando solum vigebat lex naturalis.
2. Vota gentilium circa decimas, & eorum decimæ remissive.
3. Decimas non solvens tempore legis na-

turæ non peccabat contra legem naturalem: idem in eo qui non ſolvit tempore legis Evangelicæ, *num. 4.*

5. Decimæ à Deo inſtitutæ fuerunt, & olim ſaltem ſub veteri lege præceptæ; & non modo prædiales, ſed etiam perſonales. *n. 6.*

6. Pro Cauſ. Effic. decimarum ſtatui ſolet Jus vel Natur. vel Poſitivum, ſive Divinum, ſive Humanum, & Eccleſiaſticum, pro varietate ſententiarum. Decimæ formaliter ſpectatæ non ſunt Juris Nat. Erant tamen Juris Divin. in L. Vet. Præceptum illud Div. erat Judiciale. Decimæ certò ſunt ſaltem Juris Eccleſiaſtici in N. Lege. Oſtenditur, ad praxin valdè conducere præſentis controverſiæ deciſionem. Cur decimæ Jure Divin. præceptæ? In nonnullis locis nullæ Decimæ ſolvuntur. Ab initio Eccleſiæ Chriſtianæ tam Chriſtianorum, quàm Clericorum vita communis erat.

7. Præceptum decimarum an ſit morale, *& num. 13.*

8. Moralia præcepta obligant etiam tempore novæ legis.

9. De-

9. Decimæ jure divino nunc quoq; debentur ſecundum cōmuniorem ſententiā Canoniſtarum. Et videtur in jure probari, *num.* 10. Contrarium Theologi omnes. *numer.* 11. & aliqui Juriſtæ. *num.* 12.

14. Præcepta judicialia veteris legis nunc vim legis non obtinent.

15. Subditi tenentur jure naturali & divino, congruè ſuſtentare Paſtorem animarum ſuarum indigentem.

16. Præceptum decimarum quoad ſubſtantiam, hoc eſt, quoad congruam ſuſtentationem miniſtrorum, eſt de jure divino; quoad modum vero, eſt de jure humano.

17. Præceptum decimarum inter eccleſiæ præcepta computatur.

18. Decimæ præceptæ ſunt jure Pontificio.

19. Cauſæ, ob quas deimæ introductæ ſunt, remiſſive.

20. Deus O. M. reſervavit ſibi decimas in ſignum univerſalis dominii.

21. Decimæ introductæ quoque ſunt ad congruam ſuſtentationem miniſtrorum Dei, & eccleſiæ.

CAP. I.

Quo jure (ceu caus. effic.) inventæ, & introductæ sint Decimæ?

QUÆRO PRIMO, An decimæ jure naturæ inventæ sint?

Respondeo, eas originem habuisse (1.) *ante legem scriptam quando solum vigebat lex naturalis; unde legimus Genes. 14. quod Abraham de omnibus, quæ à quinq; regibus eripuerat, decimas dedit sacerdoti Melchisedech: de quo loquens D. Paulus* ad Hebr. 7. *ait*; Intuemini, quantus fuerit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha; *& Gen. 28.* Vovit votum Jacob dicens: Si fuerit dominus mecum, & custodierit me in via, &c. *& paulò post*, cunctorum, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. (a)

(a) Sunt qui opinentur, Abelem & Cainum primævam τῶν πρωτοπλάστων sobolem, DEo non tantum obtulisse primitias, sed etiam decimas de frugibus & gregibus, in recognitionem ejus, quod DEUM Dominum suum faterentur. Genes. 4. vers. 3. 4. ut scrib. *Lyserus Harm. Evang. c. 109. f. 2023.*

Gloriabundus ille Pharisæus, inter alia, quæ de sese jactitat & hoc ipsum effutire audet:

det: decimo omnia, vel decimas do omnium, quæ possideo, Luc. 18. vers. 12. ut ita decimæ multò ante, quam Lex Mosaica traderetur, in usu fuerint, & postque ea lata fuit, subinde usque ad famosam illam Gentis Judaicæ πανολετρίαν viguerint, adeoque stantis & labentis Ecclesiæ Judaicæ eas fuisse, dicere poss. *cum D. Aug. Varenio ex Trisol. S. c. 31. d. Decim. antiq. pag. 31.*

Alia ad hoc affert Novar. in man. cap. 21. num. 28. & alii quos refert Petr. Cened. in collect. ad jus can. part. 1. collect. ult. Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 2. (b)

(b) Nam si decimæ essent de Jure Nat. sequeretur, homines ante promulgationem divinam adstrictos, peccasse non solvendo, & frustra Jacobum illos vovisse *V. Rebuff. d. tract. quæst. 1. n. 10.* Quamvis non negent, homines rectè fecisse, si vel aliquam fructuum partem in alimenta eorum, qui sacris funguntur, & cultum divinum docent, exsolvant, vel saltem salaria aut stipendia, quæ ad honestam eorum sustentationem requiruntur, subministrent, id quod non tantùm naturalem & communem juris rationem habet; Sed Lex etiam Christiana hoc ipsum seriò præcipit, serioque inculcat, cum is, qui Altari servit de Altari vivere debeat 1. Cor. 9. c cum sec. de præbend. Eid. Covarruviæ adstipulatur *Caspar. Ziegler. in*

Tract. d. Diac. c. 13. §. 12. Ubi dicit, sententiam suam hanc esse, quod decimæ quoad quotam, i. e. præcisè sumtæ, pro ut nomen decimar. directè & propriè accipitur, non deberi jure naturæ; morale tamen & juris naturalis esse, sufficiens merces Ministris Ecclesiæ reddatur, ut honestè possit se & familias suas alere, Cultuique Divin. & Ministerio atque officio suo sine distractione vacare.

De votis vero (2.) circa decimas, nec non de decimis ipsis gentilium & ethnicorum, videre potes apud Rebuff. in suo tractat. de decimis, qu. 1. num. 2. 3. & 5. Varr. l. 5. de ling. lat. Plin. Plutarch. & alios, quos refert Covarr. d. c. 17. num. 2. Anastas. Germon. in suo Mod. tractat. de sacror. immun. lib. 1. cap. 14. num. 2. usque ad 15. & l. 3. cap. 19. n. 4. & Petr. Gregor. Tholos. præl. opt. jurisc. probique magist. l. 2. cap. 25. (c)

(c) Sic Græci, Carthaginenses & Romani Diis suis, ut Apollini, Herculi, Jovi Feretrio, decimam de præda sacraverunt. *Leg. Liv. dec. 1. lib. 5. & Justin. lib. 28. Dionys. Halicarnas. lib. 1.* Decimas Gentium ex animalium, quæ imolarentur, Prytaneo fuisse datas, refert *Meursius ex Suida Athen. Attic. lib. c. 8. pag. 54 cum seq.*

Puto tamen (3.) homines sub lege naturæ non fuisse ligatos ad solutionem decimarum sub peccato, sed solvebantur vel ex consi-

consilio, vel ex voto, ut concludit Rebuf. d.quæst. 1. Tyndar. Doctor antiquissimus in simili tract. de decimis, num. 9. & Abulens. super Matth. 23. *Unde consequenter dicendum, eum qui nunc omittit decimas solvere ministris Ecclesiæ, præsertim non indigentibus, non peccare* (4) *contra jus naturale, sed solum contra jus positivum Pontificium, ut mox dicemus.* (d)

(d) Licet solutio decimarum materialiter & sec. se considerata sit Juris Natur. quod omnino poscit, ut pars aliqua fructuum in usum pauperum, maximè verò illorum, qui sacris operantur, separetur; determinatio tamen illa certam quotam & numerum præcisè denarium non magis ex naturali & omnibus hominibus communi principio profecta est, quam restrictio illa, quæ fit ad aliam quamvis partem; sed in totum debetur vel Legi positivæ, vel consuetudini, quæ postmodum Legis auctoritatem accepit. Neque dubito, quin ad alias gentes iste ritus à Judæis manarit. Vid. *differt. d. decim. Sagittar. cap. 1. § .8.*

QUÆRO SECUNDO, An decimæ institutæ sint, & præceptæ de jure divino?

Respondeo, (5) *communem resolutionem esse, quod à Deo instituta fuerint, & olim saltem sub veteri lege præcepta. Deus enim*

O.M.

O.M. Exod.22. *præcepit eas ſolvi*, Decimas, *inquit*, & primitias tuas non tardabis offerre, *& Lev ult.* omnes decimæ terræ tuæ de pomis arborum, ſive de frugibus Domini ſunt, & illi ſanctificantur, *& Num. 18, cum Sacerdotibus, qui & ipſi erant ex tribu Levi, dediſſet Deus omnia primitiarum jura, Levitis conceſſit decimas omnium fructuum, & pecorum, ſummo vero Sacerdoti decimam decimæ Levitarum; & hoc quoad decimas prædiales ſeu reales. De perſonalibus vero* (6.) *habetur* 2.Eſdr. 10. *ibi*, Levitæ decimas habent in omnibus urbibus, in quibus opus noſtrum exercetur; *& Deut.12.* Offeretis decimas, & primitias manuum veſtrarum. (e)

(e) Decimæ materialiter ſeu ſec. ſubſtantiam ſpectatæ valdè differunt à decimis formaliter conſideratis: illæ conſiderantur, quatenus 1. per eas præcisè ſignificatur quædam vaga ſeu indeterminata portio, quæ ſit neceſſarium ſtipendium pro ſuſtentatione Miniſtrorum Eccleſiæ, quam aliqui voc. decimas ſuſtentationis, lic. reipſa forte non ſit pars decima fructuum, ſed longè minor. Dein formaliter & ſtrictè, quatenus inſuper determinatè juxta Etymologiam & Definitionem exprimunt partem decimam, ſeu certam quotam fructuum ſingulis annis ſolvendam. *Suarez. tom.1. de Relig. L.1. cap.9. n. 2.* Priori modo ſeu mate-

materialiter & quoad substantiam necessariæ sustentationis spectatæ debentur jure naturali, & divino confirmante jus naturale: V. 1. Cor. 9. quis milites suis stipendiis unquam? quis, &c. Rursus si nos Vob. spiritualia seminavimus, &c. Et infra: Nescitis, quoniam, qui in sacrario operantur, &c Et ap. Matth. cap. 10. Dignus est operarius cibo suo; Et Luc. 10. Et in hoc sensu accipiendam esse communem Canonistarum sententiam, qui doc. decimas à Deo institutas esse, & Jure Div (imò & naturali,) nunc quoque deberi aff. itid. *Canis. d. tract. c. 3. n. 7. Suarez. cap. 10. num. 4.* Omnes convenire fat. decimam sustentationis (undecunque ea habeatur.) Jure Nat. & Divino Evangelico deberi, quat nim. præceptum naturale peculiariter fuit à Christo in Evangelio declaratum, confirmatum & ad usum Ecclesiæ suæ accommodatum. *Confer A. nr. h. t. 1. num. 15. cum al cit.* Decimæ formaliter quoad hanc certam quotam seu partem decimam fructuum spectatæ, non sunt Juris Natur. contra *Ant. Hisp. de Decim. §. 2.* Conf. pro nr. opin. *Suarez. l. c. & Rebuff. d. tr. quæst. 1 num. 10, & A. nr. h. t. 1. num. 2.* Decimæ formaliter spectatæ sec. hanc quotam erant Juris div. in L. Vet. Mosaica, idque pat. ex Sacr. Lit. Exod. 22. v. 29. & Levit. 27. à vers. 30. plures txx. refert *Canisius cap. 3. n 3* Sed ii txx. non loq. de personalib. dec. sed de prædialib. tantum, ut contra nonnullos Canonistas habet vera & comm recepta

pta ſententia. *Sec. Azor. c.23. q 6.* & *Suarez c 9. num 6.* Porro præceptum L. veteris divinæ de ſolvendis dec. erat Judiciale magis, quàm Ceremoniale, *Id. nu. 8. cum Layman.* Pirrhing *l A. nr. h c n. 13. & 14.* Unde ad contrar. rat. R. Neg. vel Diſt. majoré; præceptũ d. ſolvend. dec. ſpectat ad virtutem Religionis, ſecundariò, remotè & indirectè tranſeat major; primariò, proximè, ac directè (uti fit in præceptis propriè Ceremonialibus) negatur major. Pluribus Pirrhing. *d. decim. n. 7. & 9.* cum Al. Denique decimæ formaliter & ſec hanc quotam ſpectatam etiam in Nova Lege ſunt de præcepto ſaltem Eccleſiaſtico. Conſtat *ex Jure Canonic. in plurib. txx. 16. q. 1 & 7. & t. t. de decim* Confer. *Suarez lib. 1. cap. 11. Zoes d decim. num 3.*

An autem hodie in Nova Lege decimæ debeantur ex Jure Divino vel ſolo Eccleſiaſtico? Arduitatem controverſiæ hujus, & A. A. pugnam indicat, Aliamque Veterum & RR Canoniſtarum litem proponit per. 5. rationes in d. Manip. decim. *Dn Com.* Königl. *in Controv. 1. add controv. 8 & 31.* Tandemque decimas hodiè propriè loquendo ſolùm eſſe Juris Eccleſiaſtici probat multis rat. & oſtendit, nequaquam inutilem aut nimis jejunam vel ſpeculativam tantùm, ſed ad Praxin valde conducere hujus controverſiæ deciſionem: Si enim ſtatueretur, (ut ſentire dicebantur rigidiores antiqui Canoniſtæ) præſtationem decimarum ſec. quotam eſſe hodie quoque Divini Juris, conſequens

quens esset, omnes homines peræque teneri ad functionem decimarum, nec ulla consuetudine, præscriptione temporis vel privilegio, &c. ab ea quis excusaretur, cum Jus Div. omnes comprehendat, & sit immutabile, &c. *Canis. c. 3. num. 1. Covarruv c. 17 num 1.* ubi ait, ex hujus controversiæ veræ decisione multa frequentissimè ad praxin deduci posse, & si radicitus examinetur, etiam ap. Tribunalia utilem esse. Si enim v. g. ab Ecclesia Parochiali lis & actio intentaretur contra Titium, nolentem solvere decimas, & hic ea exceptione uteretur, quòd vel ex Loci consuetudine, vel præscriptione, (aut Privilegio Papæ) sit Exemptus obligatione illa; vel maximè tum utilis ac necessaria esset decisio, quòd decimæ non sint Juris Divinæ, sed Ecclesiastici tantùm, ut Judex inde colligat, prædictæ exceptioni, si ritè fuerit probata, tanquam legitimæ deferendum esse.

Dubium autem maximum est, an hoc præceptum nunc obliget. Et quidem quod obliget, illa ratio potest afferri, quia (7) *morale præceptum videtur*, ut probat Tyndar. d. tr. de decim. num. 25. & Andr. Hisp. in reg. decim. vers. 4. fui interrogatus num. 1. *moralia autem præcepta* (8) *obligant etiam tempore novæ legis*, ut docent Theologi omnes, & tradit Gratian. & ibi Gloss. in c. si §. his ita, 6. dist. *Sed quod decimæ à Deo instituta sint,*

sint, & eo jure divino (9) *nunc quoque debeantur*, voluit gloss. 2. in c. à nobis & gl. pen. in cap. nuper de dec. tradunt Doct. in rubr. & c. parochianos, c. in aliquibus, & c. tua, il. 1. eod. tenentque expresse Tyndar. & Rebuf. loc. cit. Andr. Hisp. in sua reg. decimarum, versic. decima est jure naturali, num. 1. 5. 6. & 15. Rot. Rom. decis. 1. num. 1. de decim. in antiq. & decis. 14. num. 2. de jud. in no. & alii passim. *Est enim hæc opinio fere communis Canonistarum. Imo idem* (10) *decisum videtur à summis Pontificibus*, in c. tua, il. 1. & 2. c. parochianos, & c. in aliquibus, de decim. & Concil. infra citandis, cum aliis concord. quæ ubique allegantur a gloss. & canonist. *Contrarium tamen, quod de jure divino nunc non debeantur*, (11.) *voluerunt Abul.* Matth. 18. q. 90. *& Ugo de S. Vict.* l. 1. de sacr. part. 11. c. 4. & 11. *ceterique Theologi, quos latè, sed leviter refellunt Tyndar. Germon. & Rebuf.* locis citatis. *Sed opinionem Abul. & Ug. quod decimæ à DEO institutæ quidem sint, non tamen eæ nunc præcepto divino debeantur, præter D. Thom.* 2. 2. qu. 87. art. 1. *& ibi Cajet. Sot.* lib. 9. de just. & jur. qu. 4. art. 1. *confer. Carpzov. J. P. Consist.* t. 8. d. 125. num. 12. & 13. *& alios omnes Theologos,*

teste

teste Alph. Castr. de hæres. verb. Decima, *quib. hac iure magis, quam Canonistis credendum est, cum de jure divino interpretando agatur, quod proprium eorum munus est, tenent* (12) *inter Juristas Covar. maxima auctoritatis vir*, d. cap. 17. num. 2. & 3. *Thom. Zerol.* in sua praxi Episc. verbo, decimæ in princip. *Navar.* in man. conf. c. 21. num. 28. & 31. & tract. de redd. eccl. q. 1. monit. 59. num. 1. & cons. 2. n. 3. tit. de decimis, vol. 1. *Fern. Vasq.* controv. illustr. lib. 2. c. 89. n. 1. in fin. & *Turrecrem.* in cap. revertimini, num. 5. & 6. 16. q. 1. & *Summistæ fere omnes, qui vel canonistæ sunt, vel canonum haud quaquam ignari* verbo, decima, *ubi etiam late & optime probant horum Doct. quam plures, illud* (13) *preceptum decimarum non morale esse, sed potius judiciale. Judicialia autem* (14) *nunc vim legis non obtinent, ut tradit* S. Thom. 1. 2. q. 104. art. 3. *Alens.* 2. p. sum. q. 3. num. 1. *Bonavent.* 4. sentent. distinct. 3. art. 3. quæst. 2 *Scotus* q. ultima, & alii passim, & inter Jurisconsultos late tradit *Tiraqu.* de retr. lign. in præf. num. 8. & *in specie, quod decimarum preceptum tanquam judiciale abrogatum sit, tradit post alios* Henriq. l. 7. sum. theol. mor. c. 17. num. 1. *Omnia vero in contrarium allegata,*

gata, solum probant, decimas institutas fuisse à Deo, & praeceptas in lege veteri, ut fusè tradit Vasq. & Covar. loc. cit. *Quibus & ego libenter adhaereo propter illorum optimas rationes; maxime quia contra divinum praeceptum nulla datur consuetudo, aut dispensatio, quae tamen in solutione decimarum admittitur*, ut infra suis locis dicemus. *Illud sane non inficior, jure naturali & divino* (15) *teneri subditos ad sustentandum pastorem animarum suarum indigentem*, ut post D. Thom. Sot. & alios optime probat Covar. d. num. 2. & 3. Vasq. Turrecre. & Navar. lócis citatis. *Quoad substãtiam ergo, hoc est, quoad congruam sustentationem ministrorum, dici possunt* (16) *decima de jure naturali, & divino; quoad modum vero; quod nimirum haec sustentatio fiat per viam decimarum, id est de jure humano, ut late, & optime explicant praecitati Doct. & in hoc consistit haec opinio, quae etiam vel ex eo probabilis redditur, quod praeceptum decimarum* (17) *inter ecclesia praecepta numeratur.* (f)

(f) Haec Quaest. *ut hîc ab A. nr.* in utramque part. disceptatur, eamque & *Lancelotus aff.* quod decimae Jure Divino ideò praecipiantur, quod non sint revocatae à Christo in Nov. Test.

repe-

repetitæ Matth. 10. v. 10. hodieque adhuc divini juris esse. *In negat.* sententiam magis inclinat, *cum Al. Grotius* de J.B. & P. l. *1*. c. 1. n. 10. 15. & quid 4. rat. Alii vero & inprimis *Reinking. de R. S.* & E. l. 3. d. 1. c. 8. num. 8. discrepantes opin. ita resolvit, quod decimar institutio non sit Juris Divin quoad certam quantitatem; sit tamen quoad congruam Templor. conservationem, & Ministror sustentationem. Lev. cap. ult. v. 30. Cui sententiæ adstip. *D. Linck. in Tr. d. Jur. Templ.* c. fin. num. 35. Hic adjicitur in *Addit. cap. 7.* Werndl. præjudic. alicujus Dicasterii Aulici, &c.

Daß aber Werndl. in cap. 6. lib. 1. meldet/ daß an etlichen Orten gar kein Zehend gereicht werde/ ist zuverstehen si aliunde salarium accipiant, uti in Ulmensi & al. quibusdam Civitatibus Imperii, ac aliis in locis Ministris Ecclesiæ certa salaria ac stipendia constituta sint. Hinc allegat *Ziegl. d. tr. c. 13 § 12. & seq.* vis decimandi prorsus omitti posse, & errare Nic. le Maistre, putantem, decimas dari non intuitu laboris, sed in recognitionem dominii, quod DEus in omnes creaturas habet, si quidē extra Mandatum Divinum frustra fingitur, in recognitionem Dominii Divin. dari aliquid debere, cum recognitio talis ideo fieri debeat, ne dominium ipsum interverratur aliquandò, & omninò negetur. quod de Dominio Divin. frustra asseritur. Vid. *iterum Addit. ad d. c. 6.* in fine.

Cæterùm ab initio Christianæ Ecclesiæ tam

Christianorum, quàm Clericorum vita communis erat, adeò, ut hi solo victu & vestitu contenti essent; Laici verò temporalia non nisi ad usum possiderent, postquam autem decresc. charitas Christiana & numerus fidelium cresc. Laici ab illa vita communi recess. & Clerus cœp. seorsim vivere, relictâ tamen ad pristinæ communionis imaginem aliquâ parte, quæ Communis Mensa dicebatur. cap. 9. ex. de constit. Unde Sportular. usus uti *Cyprian. in Epist. 66.* mentionem facit, in valuit, quæ non æqualiter, sed pro ratione officii & meritor. distribuebantur: nam ab Apostolis, ad usque Cypriani tempora, nulla fuit inter Christiana subsidia, mentio decimarum. Usitatæ aliquamdiu sportulæ. Postea verò exolescente sportularum honore intravere in Ecclesiam decimæ, religionis obtentu, ac primò quidem spontanea liberalitate, qu. sportulis haud sufficientibus, oblatæ mox verò avarè & crudeliter exactæ. vid. rursus. *Addit. ad cap. 7.* Werndl. *d. tract.*

QVÆRO TERTIO, An decimæ præceptæ sint jure Pontificio?

Respondeo, (18) *omnibus notum esse, quod sic; de hoc enim sunt infiniti propè tex.* in cap. decimæ, 16. qu. 1. c. omnes decimæ, 16. quæst. 7. *& omnes cap. tam Decret. quam 6. & clem.* sub hoc tit. de decim. *ubi omnes hoc clamant*, & in Conc. Mogunt. c. 38. *sic dicitur,*


admo-

admonemus, atque præcipimus, ut decimas dari de omnibus non negligatur, quia Deus ipse sibi dari consuluit, *& Conc. Trident.* sess. 25. c. 12. de refor. *docet, decimas debitas esse Deo, & qui eas dari noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadere, earumque solutionem præcipit sub pœna excommunicationis.*

Quæro Quarto, Quam ob causam introductæ sint decimæ?

Respondeo multas (19) *esse causas, ob quas introducta sunt, quas recenset inter alios* Rebuf. d. tract. quæst. 2. numero 1. & seq. Tyndar. d. tract. num. 14. cum seqq. *sed illæ duæ præcipuæ sunt; Altera, quod Deus O. M.* (20) *eas sibi reservavit in signum universalis dominii,* c. cum non sit, & c. tua, il. 2. de decim. & colligitur ex Concil. Magunt. & Trid. locis alleg. *hanc causam refert* Rebuf. d. q 2. num. 1. Tyndar. d. tract. n. 17. & 43 & Andr. Hisp. d. vers. decima est jure naturali, num. 8. *& hoc firmant canonistæ omnes,* in c. 1. de decim. in 6. *ubi Franc. hanc communem opinionem dicit; & amplectitur etiam* Boer. decis. 236. & Capit. decis. 20. n. 5 Viv. opin. 153. verbo consuetudo non solvendi, Benincas. tract. de paupertate, q. 7. in

 6. spe-



6. speciali, num. 2. *Altera causa est* (21) *sustentatio ministrorum Dei & Ecclesiæ*, c. si ergo, 12. quæst. 1. c. novum de decimis, quod idem annotarunt Tyndar. Rebuf. Hisp. locis citatis, Covaruv. d. c. 17. num. 2. Sarment. de reddit Ecclesiæ, cap. 4. num. 8. D. Thom. quæst. 87. art. 1. Sotus d. l. 9. quæst. 4. art. 1. & alii quotquot de decimis scripserunt.



SUMMÆ RERUM.

1. Definitio decimæ Nominalis, & Realis: quæ explicatur *num. seqq. & contra hanc solvitur dubium.*
2. Decima solvitur de omnibus bonis, licite quæsitis *num. 3.*
4. Decima est quota pars, hoc est, unum ex decem; & si quando solvitur duodecima, quinta decima, vel alia quota, ea habetur pro decima, *numero 5.* & cur hæc potius quota, quam alia electa sit à Deo? *num. 6.*
7. Denarius numerus est primus terminus numerorũ, & perfectionem significat.
8. Deus reservavit decimam partem tanquam

quam Levitis sufficientem, populo autem non molestam.

9. Primitiæ, & oblationes in quo differant à decimis? & quid sint? *num.10.*

C A P. II.

Quid sit Decima?

QVÆRO PRIMO, de definitione decimæ? Nominis & Rei: (g)

Illius quidem omissis aliis descriptionibus, sic potest (1) *definiri*; omnium bonorum licitæ quæsitorum quota pars DEO ejusque ministris, divina institutione, humana vero constitutione dictante, etiam naturali ratione debita. *Hæc definitio colligitur quoad sui partes ex infra scriptis jur. & allegatis Doct. maxime vero* ex Covar. d. n. 2. & Rebuff. d. tract. q. 4. Hostiens. in sum. tit. de decim. §. quid sit decima, & Card. cons. 26. pro evidentia, Turrecr. in c. revertimini, num.7.16. qu.1. Sot. lib.9. de just. & jur. quæst.4. art.6. & aliis. *Primo dicitur in definitione*, omnium (2) bonorum, *ut probatur* in c. non est in potestate, de decim, *ibi*, de omnibus bonis decimæ sunt ministris ecclesiæ tribuendæ; *& patebit* ex infra dicendis,

dis, c. 4. qu. 1. *Secundo dicitur*, licite (3) quæsitorum, *habetur enim* in c. ex transmissa, hoc tit. nostro, *fidelis homo de omnibus, quæ acquirere potest, decimas errogare tenetur, illa enim quæ injuste quis acquirit, tenetur restituere, alias peccatum non remittitur*, c. peccatum ubi Doct. de reg. juris in 6. cum similib. *& Deus de nostra substantia honorandus est*, Prov. 3. *& species quædam furti est de alieno largiri*, l. si pignore, ff. de furto, *& quod decima de illicite acquisitis solvi non possit, nec debeat, late probat* Tyndar. d. tract. num. 45. & seqq. Rebuff. eod. tract. q. 5. num. 18. & 19. Hisp. in reg. decim. vers. 3. quærebatur, num 2. 3. & 4 & versic. decimo, fui interrogatus, n. 3. 4. & 5. & nos infra d. c. 4 q. 2. *Tertio subditur in definitione*, quota pars, *hoc est, decima* (4) cap. 1. &c. cum homines & per totum hoc tit. *licet enim aliquando solvatur duodecima, quinta decima, vigesima, vel alia* (5) *quota, semper tamen habetur pro decima*, ut habetur in c. in aliqnib. §. fin. cum suis Concord. eodem titulo, & late probat Rebuf. d. tract. q. 13. n. 46 & seqq. Tyndar. eodem tractat. n. 31. 32. & 34. *quicquid dicere voluerit contra jura expressa Hispan.* d. reg. decimarum, versic. decima

est

est jure naturali, num. 13. & 15, *de quo etiam nos* infra c.5.q.4. *Quarto dicitur*, Deo, ejusque ministris debita. *Hæc pars colligitur ex dictis in superiori cap*, quæst.4. *ubi causas attulimus, cur introductæ sint decimæ. Reliqua pars definitionis patet ex eodem superiori cap*. q.1.2. & 3. *maxime vero ex Covar*. d.c. 17. num.2. & 3. *& Vasqu*. d.c. 89. num. 1. & seqq. (h)

(g) Illius quidem; nam, *quoad Etymologiam*, Decimæ nihil aliud sunt, quàm cujusq; rei decima pars; Unde & sæpe dicuntur decima, omissâ parte. Ulpian. in l.a. §.2. ff d. pollicit. sic scribit: Si decimam quis bonor. vovit, decima non priùs esse in bonis definit, quàm fuerit separata, &c. quam legem notis illustrans Gothofredus multa de Decimis Ecclesiasticis admiscet. Cui nomenclationi favet, *cum Jure Civ. Canonicum, in c. 1. de Decim.* quod decimæ sortitæ sint nomen hoc à parte decima, quæ ex fructibus, aut aliis rebus persolvitur: ubi *S. Hieronymus* ex Sacr. Literis Num. 18. ait: Decimam partem omnium frugum Leviticæ Tribui populus ex Lege debebat, &c. Ab eod nomine dicitur ager Decimanus, ex quo decuma, seu decima pars penditur. *Cic. lib. 2. d. finib.* & *Eod. in Verrem lib. 5.* affirmante, se plus decuma non daturum. Per decumá intelligens decimam. Et olim decimare Legiones significa-

bat ſupplicium, quod pars decima militum luebat; cum enim plures apud Romanos delictum perpetrarunt, decimus eorum ſupplicio afficiebatur, ut ſic metus ad omnes, pœna ad paucos pertingeret, quæ ex Liv. Tac. Suet. & aliis referunt *Em. Gonzalez.* ad cap. 7. de decim. nu. 3. & *Caniſ.* c. 1. d. tract. n. 1. ubi addit, frequentius (hodiè) in plurali numero Canoniſtas uti voce Decimar. partim quia, ut plurimum multarum rerum decima pars ſimul ſolvitur; partim quia unius rei decima pars ſæpè iteratur, dum ſingulis v. gr. annis ex fructibus agrorum, arborum, & ſimilium decimæ ſolvuntur, ſic. in ſingulari quoque num. Vox decima uſurpetur à Canoniſtis, ut videre eſt *ap. Zoeſ.* n. 1. de decim. ex cap. 7. 15. & 17. h. t. juncto c. 19. x. d. decim.

Quoad *Homonymiam*, varia ejusdem nominis eſt ſignificatio, vel enim ſic accipitur pro diverſitate rerum, quarum pars decima penditur; vel pro varietate perſonarum, quæ pendunt, aut quibus penditur; aut denique pro varietate modi, quo penditur. Sic dicitur decima Litis, quam jure Vet. injuſtè litigans reo dare tenebatur §. 1. J. de pœnis temere litigant. Et decima metallorũ, quæ certis in caſibus q. venæ metallorum in fundis privatorum reperiuntur; debetur fiſco, & altera Decima Domino fundi. &c. l. cuncti. C. de metall. Et generatim Tributariæ Decimæ vocantur, quæ Supremis Principibus præſtantur, v. gr. ex

pretio rer. quæ venduntur, &c. quibus plures al. ejusmod. proficuas dec. adnectit, *cit. Gonz.* num.4 & *Rebuff. d. tr.* qu.3. Et in sensu Juridico vocab. decimæ sumitur, pro Jure eas accipiendi. Tripliciter enim aliàs quoque accipitur: 1. Pro ipsa re, sive sit decima sive octava, vel alia quota pars, quæ decimæ loco datur: 2. Ut etiam d. pro jure eam accipiendi: 3. Pro territorio & districtu, ex quo decimæ debentur. c. cum in tua 30. & t. t. d. decim. *Bes. in Th. Pr. voc.* Zehend. Es ist auch etlicher Orten gebräuchig/ weil die Zehenden gemeiniglich auf den Aeckern und Gütern / die in der Marckung liegen / dem Zehend-Herrn desselben Orts zugehörig sind/ und die Zehend-Gerechtigkeit sich auch so weit erstrecket / als die Zwäng und Bänn begreiffen / daß man die Marckung die Zehend nennt / und wann man sagt: Diß Gut seye in der Stadt- oder Dorff-Zehend gelegen / so wird es von der Marckung verstanden; Doch ist Marckung und Zehend nicht eigendlich ein Ding/ sondern sie haben unterschiedliche Bedeutungen / und werden auch an mehren theils Orten besonders von einander understeint / per not. Oeting. von den Gräntz- und Marck-Steinen/ lib. 1. c. 8. num. 5. 6.

Sic enim aliàs in Vernacula nostra decimæ vocantur, non quod semper & præcisè Decima pars sit præstanda, sed saltem portio quædam nostrorum fructuum ac redituum, quibus decima compensatur, lic. in alia parte consistat.

Doct.

D.Linck. in Tr. d. Jur. Templ. c. ult. §. 65. *cum seq.* At in Jure Can. propriè per Decimas intelligitur portio certa seu pars decima Jure saltem Ecclesiastico, Ministris Ecclesiæ persolvenda; & has decimas sec. originem suam, spirituales seu Ecclesiasticas, juxta Germanam & propriam vocis significationē passim usitatam, solemus intelligere, qu. decimæ simpliciter ponuntur, *in Addit. ad tr. d. jursd. Ord. in Exempt. Chokier. decis. 26. num. 4. ex Rota, Honorius de decim. num. 6.*

Sed aliæ etiam voces *Synonyma* decimas Canonicas exprimunt, dum vel generico nomine: 1. Oblationum, aut 2. primitiarum, ut in Sac. Script. Num. 18. v. 26. & 28. (d. quib. tamen sub cap. 3.) donantur; vel 3. Tribura sacra, aut 4 Tributa DEI, quod decimæ in signum universalis Dominii DEO reservatæ sint, in usum Clericorum, tum etiam pauperum, c. 16. & 33 d. decim. 5. Tributa egentium animarum ex c. 26. d. decim. & c. 16. q. 1. Cujusmodi loquendi rat. dat. *Panormit. in cit. c. & c. homines 7.* quia decimæ petuntur ab hominibus egentibus Divinâ Gratiâ & Auxilio; 6. Alimenta egent. animarum: it. Sanctuarium Dei; c. ad hæc x. d. decim. 7. Cibus Dei & alimenta Scripturæ Sacr. c. revertimini. 16. q. 1. *Knafel. de decim. th. 2.* 8. Possessiones DEI Ipsius; d. c. 16. q. 1. 9. Patrimonium Christi; cap. cum secuudum. 16. x. d. præbend. 10. Sanctuarium DEI. d. c. ad hæc; & 11. Cibus Cle-

rir.

ricorum appellantur. *Rebuff. d. tractat. quaest. 13. num. 22.*

A Nomine transitur ad *Rei explicationem*; plerumque autem in Jure utroque potius reperiuntur definitiones impropriæ & abusivæ; quæ propriè loquendo dicuntur descriptiones, test. *Alex. Sperelli decis. 185. num. 28.* Unde in præsenti quoque mat. non satis accuratè multi ex Canonistis loquuti putantur, è quibus heic, *vid. Aulth. nr.*

(h) Decimas rectè satis etiam creditur definivisse, qui dixit, esse denam bonorum omnium mobilium justè quæsitorum partem, Jure Divin. in Vet. & Jure Humano in Novo Testamento DEI Ministris pro mercede & sustentatione debitam. *Fr. Martini d. decim. Disput. Canonic. concl. 1.* Ita autem ferè cum Hostiensi R. R. plerique decimas descripsf. partem decimam omnium fructuum & proventuum, seu lucrorum justè acquisitorum, Ecclesiæ Ministris, quotannis exsolvendam. Dices, sæpe sæpe decimas solvi non Ministris Ecclesiæ v. g. Parochialis, sed aliis personis, sive sint Clerici, sive Laici, ut docet *Praxis* quotidiana; E. malè in definitione requiritur, ut decimæ Ministris Ecclesiæ determinatè pendantur. R. Neg. cum in def. id sit exprimendum, quod est Juris, seu quod congruit rei definitæ sec. se, & primævum ac qu. naturalem statum illius, non autem quod ei per accidens & prorsus ab extrin-

extrinſeco ſupervenit; quemadmodũ accidit, ſi decimæ quoad ſuam originem debitæ Miniſtris certis Eccleſiarum deriventur ex alio titulo, v. gr. privilegio, aut præſcriptione, &c. ad alias quaſi extraneas perſonas: Denique, *cum Genz. ad c. 7. num. 4.* tres diverſas decimarum definitiones attuliſſet, meliorem ipſe & breviorem conatus eſt ſubſtituere his verbis: Decima eſt Quota fructuum, vel Lucri liciti, Portio Deo debita. Sed, ſi ad bilancem rigoris Dialectici appenderetur hæc definitio, metuo, ne minùs habens reperiretur; ſic, re ipſa juxta mentem & expoſitionem ejuſdem Autoris conveniat cum præcedente biga, paulo clariore. Evolv. Dn. *Com.* Königl. *d. tr. quaſt. 1. num. 5.* cum aliq. ſeqq.

Quæro Secundo, Cur magis electa fuerit decima pars, quam vigeſima, vel alia quota?

Reſpondeo, quod quamvis Innoc. in rubr. de decim. *dicat, nullam poſſe aſſignari rationem, cum Dei incomprehenſibilia ſint judicia & in arbitrariis rationem quærere ſit ſuperfluum* Gl. in l. 1. ff. d. pact. argum. l. 20. ff. de LL. *Hoſt. tamen* in c. à nobis de decim. *& S. Thom.* d. q. 87. art. 1. *quem ſequuntur Tyndar.* d. Tract. num. 29. *& Rebuf.* eodem tractat. qu. 2. n. 8. *dicunt* (6) *quod ideo Deus elegit numerum denarium, qui erat* (7) *primus*

mus terminus numerorum, cum ultra eum non procedatur, nisi iteretur; & sic aliquid perfectionis habet, ut etiam late inter ceteros ostendit Tiraq. de præscript. §. 1. gloss. 4. in princip. & Petr. Bung. de myster. numer. tit. de numero denario, *Confer. Canis.* de decim. c. 1. num. 9. circ. fin. *unde qui dat decimam retentis novem partib. significat imperfectionem ad se pertinere, perfectionem vero à Deo expectandam, & Deus istam* (8) *partem, tanquam Levitis sufficientem, & populo non molestam retinere voluit,* ut scribit Abul. super Matth. 23. qu. 56.

Valet tamen consuetudo, ut loco decimæ vigesima, vel quintadecima, vel alia quota portio solvatur, ut jam præmonuimus, & latius trademus infra c. 5. q. 4. concl. 1.

QVÆRO TERTIO, Quid differant decimæ à primitiis, & oblationibus?

Respondeo, communem illam distinctionem esse, quod decimæ (9) *sunt quota pars frugum, & aliorum licitè acquisitorum debita ex præcepto ecclesiæ ministris, ut supra declaratum est; at vero primitiæ* (10) *sunt solum primæ, quæ nascuntur, fruges, seu primæ frugum pars; oblationes autem, quicquid Deo vel Ecclesiæ, ejusve ministris voluntarie*

exhi-

exhibetur, regulariter loquendo. Hæc distinctio aperte colligitur ex Doct. fere omnibus sup. allegat. maximè vero ex Soto, d. l. 9. de just. & jur. quæst. 3. art. 1. D. Thom. & Cajet. 22. q. 86. & seq. art. 1. Rebuff. d. tract. q. 1. num. 17. & seqq. Tyndar. eodem tract. n. 84. & tribus seqq. Hispan. d. tract. reg. decim. quæ. 7. & 8. Petr. Greg. Tholos. partit. jur. can. l. 1. tit. 2. 3. & duobus seqq. Doct. in rubr. de decim. Marian. Scc. in tract. de oblat. libel. 1. & quinque seqq. Froyl. Maluit. simil. tract. fere per totum: *atque etiam infra de his sub cap. ult. aliquando plenius.*



SUMMÆ RERUM.

1. Genera decimarum quot, & quæ sint, cum aliis plur.
2. Quarta Episcopalis, vel potius decima Papalis subrogata est loco decimæ, quam olim solvebant Levitæ Sacerdotibus.
3. Decima Papalis ergò originem habet à lege veteri, habetque similitudinem cum ejus legis præcepto.
4. Beneficiati tenentur solvere decimam

ex beneficiis summo Pontifici eam exigenti. Ratio. *num 3.*
5. Causa, ob quam decima Papalis imponitur, debet esse justa. Justa autem in dubio præsumitur, *n. 5.*
6. Decimæ beneficiorum concedi possunt laicis per summum Pontificem.
7. Laici decimas super beneficiis imponere non possunt: neque inferiores, Prælati. *num. 9.*
8. Laici exigentes ab ecclesiis, ecclesiasticisque personis, earumve bonis tales, collectas, aut decimam, seu aliam partem bonorum sunt excommunicati.
10. Episcopus potest imponere, & exigere à à beneficiatis charitativum subsidium.
11. Concilium Constantiense quid de decimis Papalibus decernat?
12. Denunciari an debeat impositio decimæ Papalis? & *num. seqq.*
13. Debitori an debeat denunciari, ut solvat? & *cap. 6. n. 23.*
14. Papa est supremus judex, & ordinarius.
15. Charitativum subsidium si ab Episcopo exigatur, & generale subsidium à Papa, utrique præstandum erit; & si utrique non possit, præstabitur Papæ. *n. 16.*

17. Decima Papalis ſolvitur de beneficiis, *& num. ſeqq.*
18. Privatio præſupponit habitum.
19. Decima Papalis ſolvitur de omnibus beneficiis, eccleſiaſticisque redditibus.
20. Capellæ ſubjacent decimæ Papali.
21. Capellæ ſunt beneficia eccleſiaſtica.
22. Canonicatus ſubjacent decimæ Papali, *& num. 69.*
23. Canonicatus ſunt beneficia eccleſiaſtica.
24. Eccleſiæ cathedrales, Metropolitanæ, & Patriarchales ſubſunt decimæ Papali.
25. Plura habens beneficia in pluribus civitatibus, & diœceſibus, de omnibus ſolvet decimam Papalem.
26. Prælati, & Clerici exules de ſuis proventibus eccleſiaſticis decimas Papales perſolvent.
27. Extravag. unic. *de decim. in commun.* quæ eſt Bonif. VIII. an ſolum locum habuerit in decimis per eum impoſitis, & expiraverit ejus morte?
28. Extravagans inſerta in corpore juris vim legis habet; & ſententia contra eam lata eſt nulla.
29. Papa reſpondendo, & definiendo ſuper caſu particulari, canonem & legem *condit.*

30. Ex-

30. Extravag. un. *de decim.* nunc quoque allegari potest pro decisione.

31. Proventus & redditus leprosariarum domorum Dei, & hospitalium pauperum non subjacent decimæ Papali. Quid vero de redditibus, qui super sunt ultra usus pauperum, & infirmorum. *n.32.*

33. Hospitalia pauperum & infirmorum, nomine beneficiorum proprie non comprehenduntur.

34. Hospitalia in beneficium non conceduntur: secus in hospitalibus militarium ordinum, aut aliorum religiosorum. *num.35.*

36. Redditus hospitalium militarium ordinum, aut aliorum religiosorum an subjaceant decimæ Papali?

37. Moniales, aliæque Regulares personæ an solvant decimam Papalem?

38. Beneficia tenuina an subjaceant decimæ Papali?

39. Redditus ecclesiastici non excedentes summam annuam septem florenorum auri, decimæ Papali non subsunt. Secus si plura quis habeat beneficia, quæ singula dictam summam non attingunt, simul autẽ collecta excedant. *n.40*

41. Pitantiæ monachorum non subsunt decimæ Papali.

42. Pitantiæ quid sint.

43. Relicta ecclesiis, ut ex iis emantur perpetui redditus, non subjacent decimæ Papali: Secus in aliis legatis factis Prælatis ratione ecclesiarum vel officiorum. *num.44.*

45. Xenia Prælatis liberaliter facta non subsunt decimæ Papali.

46. Xenia quid sint, & unde dicantur?

47. Sylvæ an, & quomodo subjaceant decimæ Papali? *& num. seq.*

48. Assisia quid sit.

49. Pisces stagnorum, vel belluæ garenarũ, an, & quando decimentur à Papa?

50. Stagnorum, & piscariarum decima Papalis quando, & quomodo solvatur?

51. Eleemosynæ, & oblationes an, & quando subjaceant decimæ Papali?

52. Rector parochialis, qui necesse habet conducere plures Capellanos, an de eorum salario, aut victu solvat decimam Papalem?

53. Clericus, qui per vicarium, vel firmarium ecclesiæ suæ servit, in eave resi-det, quomodo decimam Papalem solvet?

54. Vicariorum, & Coadjutorum materia, remissive.

55. Grangiæ quid sint.

56. Obtinentes prioratus, grangias, domos, redditus, pensiones, vel census ab ecclesiis seu monasteriis an, & quomodo decimam Papæ solvant?

57. Expensæ monachorum, qui ex pacto ab obtinentibus Prioratus, grangias, & hujusmodi ex gratia tenentur, deduci non debent in solutionem decimæ Papalis. Secus in obtinentibus ad justam firmam annuam. *num.58.*

59. Procurationum decima an, & quando Papæ sit exhibenda?

60 Procurationum materia, remissive.

51. Decima Papalis solvitur quoque de iis, quæ consistunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus, & similibus, deductis salariis moderatis judicum & officialium, ac similium personarum, sine quibus jurisdictio, & alia prædicta nequeunt expediri. Secus in expensis, quæ fiunt in vestibus, ac victualibus officialium, aut circa familiam Prælatorum. *num.62.*

63. Molendinornm, & furnorum seu potius

reddituum, quæ ex illis percipiuntur, decima Papalis præstatur.

64. Fructuum arborum, & hortorum decima Papæ exhibetur.

65. Decima Papalis quomodo præstetur de his, quæ consumuntur usu, vel esu animalium?

66. Beneficia unita subjacent decimæ Papali, sive principaliter, sive accessorie uniantur, sive alias quomodocunque.

67. Decima Papalis imposita in una diœcesi solvetur de fundis beneficii illius diœcesis positis in aliis diœcesibus, *& n. seq.*

68. Decima Papalis est onus reale ecclesiarum, non prædiorum impositum personis ecclesiasticis pro ipsis ecclesiis.

69. Canonicatuum decima Papæ exhibenda est.

70. Canonici tenentur residere.

71. Mensa grossa ut plurimum distinguitur à præbenda, & quotidianis distributionibus. Aliquando tamen succedit loco præbendarum. *num. 72.* Aliquando de ipsa mensa grossa solvuntur distributiones. *num 73.*

74. Mensa grossa Canonicorum subjacet deci-

decimæ Papali, ubi ea maſſa ſuccedat loco præbendæ, quamvis decima abſolute imponatur ſuper beneficiis.

75. Subrogatum ſapit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur.

76. Menſa groſſa, quæ in diſtributiones quotidianas deſtinata eſt, tunc ſaltem ſubjacet decimæ Papali, cum ea impoſita eſt ſuper quibuscunque proventibus eccleſiaſticis.

77. Quotidianæ diſtibutiones ſubjacent decimæ Papali, ubi ea impoſita eſt ſuper omnibus beneficiis & quibuscunque proventibus eccleſiaſticis. *n. 79.* Secus ubi duntaxat imponeretur ſuper beneficiis, vel eorum fructibus, *num. 81.*

78. Nomen *proventus*, generale eſt, & comprehendit omnem redditum undecunque nobis obvenientem.

80. *Obventionis*, & *redditus* nomen ſatis generale eſt.

82. Quotidianæ diſtributiones nomine beneficii non veniunt; neque nomine fructuum illius, aut in ejus valore computantur, *num. 83.*

84. Anniverſaria ſeu Mortuaria an ſubjaceant decimæ Papali?

85. Anniverſaria non computantur in redditibus, ſeu valore beneficii; neque in Bulla veniunt nomine proventuum, fructuum, reddituum, jurium, emolumentorum canonicatuum, neque etiam diſtributionum quotidianarum.
85. Quotidianarum deſtributionem nomine quid veniat?
86. Colonus, cui in contractu aliqua gratia ſcienter non eſt facta, non tenetur ad decimam Papalem, ſed eam ſolvet propietarius.
87. Penſionarius tenetur pro rata penſionis ad decimam Papalem exhibendam, ex communi contra aliquos. Item in charitativo ſubſidio. *num. 88.*
89. Penſionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, ubi penſio conſtituta fuit libera ab omni onere etiam decimæ. Secus ſi privilegium ſit ſolum generale, *num. 90.* Aut ſi ei exemptioni per Papam derogetur cum clauſula *quorum tenores.* &c. *num. 91.*
92. Clauſula, *quorum tenores pro expreſſis habeantur,* quam vim habeat?
93. Penſionarius exemptus ab onere ſolvendi decimam non poteſt cogi à collecto-

lectore non habente auctoritatem, eam exigendi à quibuscunque personis, non obstantibus quibuscunque privilegiis.

94. Pensionarius non poterit molestari à collectore, qui exigit integram decimam à Rectore beneficii.

95. Semel decimatum non debet amplius decimari; & semel exactum non debet amplius exigi.

96. Rector beneficii, qui integram decimã solvit, potest uti retentione erga pensionarium.

97. Pensionarius tunc non tenetur ad decimam Papalem, cum pensio non excedit summam septem ducatorum. Nisi plures pensiones quis obtineret, quæ simul junctæ eam sum̃am excederent. *n.98.* Id vero procedit etiamsi fuisset talis pensio assignata in beneficiũ *n.99.*

100. Pensio assignata ob remunerationem laborum, & obsequii etiam præstandi, non subjacet decimæ Papali.

101. Cardinalis pensionarius an teneatur ad decimam Papalem? *& num.110.*

102. Excommunicatio lata à collectore contra pensionarium exemptum ob

non solutam decimam Papalem, est ipso jure nulla. Idem in religiosis exemptis ab ejusmodi solutione. *n. 103.*

104. Excommunicatio lata à Prælato exigente procurationem, vel ultra juris formam, vel contra speciale privilegium sedis Apostolicæ, est nulla.

105. Privilegiatus, ut non solvat decimam Papalem; si à collectore cogatur solvere, & solvat cum protestatione, quod intendit non præjudicare suo privilegio, talis protestatio eum juvat. Idem in privilegiato, talis ne solvat charitativum subsidium. *numero 106.* Idem ubi nulla protestatio accessit, sed per vim extorta fuit solutio. *num. 107.*

108. Privilegiatus ne solvat decimam Papalem, si solvat sponte aut sine ulla protestatione, aut tunc sibi præjudicet.

109. Privilegio an renunciare quis censeatur per unicum actum contrarium?

110. Cardinales non tenentur solvere decimam Papalem de suis beneficiis. Idem in charitativo subsidio generali imposito à Papa. *n. 111.*

112. Cardinales in materia præcipue pœnali & revocatoria privilegiorum non com-

comprehenduntur in generali constitutione Papæ, neque in regulis cancellariæ *num. 113.*

114. Cardinales sunt pars corporis Papæ; & dicuntur filii primi gradus. *num. 115.* & à summo Pontifice vocantur filii, sicut Episcopi fratres. *n. 116.*

117. Tributa non exiguntur à filiis, sed ab alienis.

118. Cardinales an generali constitutione comprehendantur?

119. Cardinales an teneantur ad generale subsidium?

120. Favor fidei maximus est.

121. Favorabilis dispositio comprehendit etiam Cardinales.

122. Clausula, *cujuscunque status, gradus, praeminentiæ, vel dignitatis existant*, comprehendit etiam S. R. E. Cardinales.

123. Cardinales hodie semper eximuntur à solutione decimarum Papalium.

124. Collectores, aliique officiales deputati ad exigendas decimas Papales in aliquo loco non tenentur ad decimam beneficiorum, quæ ibi habent; sicut in charitativo subsidio.

125. Ar-

125. Argumentum à charitativo subsidio ad decimam Papalem jure procedit.

126. Decima Papalis munus, seu onus extraordinarium est, ac patrimoniale, *n.140*

127. Munus ordinarium quod sit.

128. Exemptus simpliciter, intelligitur saltem exemtus ab oneribus extraordinariis.

129. Officiales, & collectores sunt immunes à solutione extraordinarii oneris.

130. Portio exemtorum à solutione decimæ Papalis an, & quomodo accrescat reliquo Clero, cum quo Camera convenit de certa summa? *& num. seqq.*

131. Exemtio aliquorum non liberat universitatem ab onere etiam ad ratam.

132. Exemtio aliquorum si universitatem nimis gravat, quid faciendum?

133. Motus proprius quos pariat effectus?

134. Clausulæ, *ex certa scientia*, effectus?

135. Divisio decimæ conventæ quomodo fiat inter clerum? remissive.

136. Episcopus una cum clero potest ad sui præjudicium aliquos eximere à solutione decimæ Papalis.

137. Excommunicatus, & intrusus an teneantur ad decimam Papalem?

138. Suc-

138. Succeſſor in beneficio, an præceſſor, ejusque heredes teneantur ad decimam papalem?

139. Componere non poteſt collector decimarum papalium ſine ſpeciali mandato cum iis, qui ſolvere debent, de certa aliqua ſumma. Niſi haberet generale mandatum cum libera, *num*. 140. Vel niſi ea compoſito tenderet ad commodum Papæ, ſeu Cameræ, *num*. 141. Quod multo fortius poſſet Camerarius Papæ *num*. 142.

143. Princeps ſecularis, cui Papa conceſſit decimas beneficiorum ſui dominii, licite poteſt componere cum beneficiatis ſuper ſolutione decimæ.

144. Diſtributio oneris decimæ papalis quomodo facienda inter non exemtos? & *num*. *ſeqq*.

145. Solutio veri valoris beneficiorum cum plures decimæ imponuntur, quomodo fiat.

146. Solutio decimæ papalis regulariter fieri debet ad ratam beneficiorum.

147. Solutio decimæ papalis fieri debet in pecunia numerata.

148. Solutio decimæ Papalis fieri debet in

ta

moneta currenti in locis reddituum, de quibus solvenda est. Neque cogetur quis eam cambire, *num. 149.* Quid autem si duæ monetæ pariter currant eo loco, alterave magis? Aut si post tempus impositionis, taxationis, aut privilegii mutetur? *num. 150.*

151. Taxa attendi non debet in solutione decimæ, ubi Papa imponit, & expresse colligi vult non attenta ulla taxa. Secus si simpliciter imponatur super beneficiis, eorumve fructibus. *num. 152.*

153. Taxa consueta dicitur, quæ est legitime præscripta per 40. annos; & ratio, *num. sequent.*

154. Præscriptio legitima in rebus ecclesiasticis est quadragenaria:

155. Consuetudo præter jus, quæ tangit jura ecclesiarum, requirit 40. annos.

156. Præscriptio centenaria cur non requiratur in taxa decimæ Papalis, cum alioqui ea necessaria sit contra Romanam ecclesiam?

157. Taxæ quæ non sit observata per 40. annos, neque beneficiati, neque Camera Apostolica in exactione decimæ tenetur stare.

158. Con-

158. Consuetudo per unicum actum non inducitur.
159. Consuetum an Pluribus vicibus dumtaxat verificetur?
160. Unicus actus, post quem transacti sint 40. anni, facit taxam consuetam, *& num. seqq.*
161. Observatio ultima an attendatur? *& numero 158.*
162. Manutenendus quisque est in sua possessione.
163. Unicus actus sufficit, ut quis in sua possessione manuteneatur.
164. Beneficium semel taxatum ab habente potestatem taxandi, habetur pro taxato, nisi interveniat actus contrarius.
165. Beneficium consuetum Clericis secularibus assignari quodnam dicatur?
166. Unicus actus successivus consuetudinem inducit.
167. Taxatio facienda est in exactione decimæ papalis, ubi non sit facta, & quomodo ea fiat? *n. 168. & seqq.*
169. Taxatio an præcedere debeat juramentũ
170. Vocandi sunt ad taxationem decimæ papalis omnes, quorum interest.
171. Taxari possunt à collectore beneficia

non

non taxatæ absque speciali mandato.
172. Compensatio opponi potest in exactione decimæ Papalis, & *num. seq.*
173. Compensatio quando objiciatur Fisco?
174. Aes alienum non deducitur in solutione decimæ Papalis.
175. Superiori census solvi debet ante omnia.
176. Expensæ necessariæ, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum deducuntur in solutione decimæ Papalis.
177. Expensæ, quæ fiunt in castrorum custodibus, aut ædificiis construendis, vel conservandis, non deducuntur ex decima Papali. Item nec illæ, quæ pro villis tuendis fiunt in guerris, seu cavalcatis, *num. 178.* Item illæ, quæ fiunt pro fossatis, reparationibus molendinorum, & similibus, *num. 179.*
180. Expensæ deducendæ in solutione decimarum Papalium, remissive.
181. Collector decimarum Papalium est judex, habetque jurisdictionem.
182. Procurator fisci utitur jurisdictione, & officio judicandi.
183. Stylus curiæ Romanæ attendendus est.
184. Collector Papæ deputatur cum facultate exercendi censuras.

185. Censuræ ferri non possunt, nisi ab habente jurisdictionem.

186. Collector est judex delegatus, non autem ordinarius.

187. Legatorum jurisdictio in omnibus concurrit cum ordinariis.

188. Collectores improprie vocantur nuncii sedis Apostolicæ, & gaudent aliis privilegiis, & honoribus.

189. Delegati ad universitatem causarum, dici possunt ordinarii. Secus si ea universitas sit personarum, non causarum. *num. 190.*

191. Delegatus potest compelli ad recipiendam delegationem.

192. Collectoriæ, & subcollectoriæ officium confertur in invitum?

193. Collector Papæ quandonam potest dici negotiorum gestor?

194. Laicus non potest esse collector Papæ cum facultate censurandi.

195 Laicus non est capax jurisdictionis ecclesiasticæ, neque potest exercere censuras. Neque esse vicarius Episcopi, *numero 196.* & an ex licentia Papæ? *num.* 197.

198. Laicus num possit deputari collector

cum facultate exercendi censuras ex certa scientia Papæ?

199. Laicus potest deputari nudus exactor decimarum.

200. Collector Papæ debet transcendisse 18 annum ætatis. Idem in delegato. *n. 201.*

202. Collector decimarum Papalium debet esse persona qualificata, *juxta text. in cap. statutum, §. 1. rescript. in 6. & clem. etsi principalis de rescript.* Idem in subcollectore, in quem translata sit tota potestas. *num. 203.* Secus ubi utrique de mandatum fuisset nudum Ministerium. *num. 204.*

205. Collector Papæ potest sine speciali commissione deputare subcollectorẽ. Imo & plures nisi ei fuerit limitata facultas ad unum. *num. 206.* Quin etiam si limitata fuerit ad unum, poterit plures successive substituere. *num. 207.* Sed tunc unum substituendo, alter revocaretur. *num. 208.*

209. Delegatus principis potest subdelegare.

210. Procurator sive generalis ad negotia, sive specialis ad aliquem actum, sive effectum potest substituere.

211. Collector Papæ non potest deputare sub-

ſubcollectorem, ubi in commiſſione eſſent aliqua verba, per quæ colligatur, electam fuiſſe induſtriam perſonæ, & *num. ſeqq.*
212. Induſtria perſonæ per quæ verba cenſeatur electa?
213. Induſtria perſonæ electa cenſetur in magno; & arduo negotio.
214. Arduum, & magnum negotium quodnam ſit, judicis arbitrio relinquitur?
215. Decimas Papales non exigere non eſt magnum, & arduum negotium.
216. Subcollector prius deputatus, quando cenſeatur revocatus etiam non facta de eo mentione per poſteriorem deputationem?
217. Collectoris facultas, & officium quando cenſeatur tranſire ad ſucceſſorem in dignitate?
218. Collectoris facultas, & poteſtas probanda eſt per literas, & non per teſtes.
219. Epiſcopi, aliique Prælati non debent accedere ad ſuas eccleſias, in iisve recipi, ſine literis proviſionis.
220. Collectoris facultas, etiamſi ſit perſona illuſtris, & honeſta probanda eſt per literas. Idem in delegato, *num. 221.*

222. Collectoris facultas non probatur per transumta literatum, sed tantum per originalia.

223. Originalia regulariter exhibenda sunt, non autem exempla.

224. Transumtum literarum collectoris probat ejus facultatem, ubi nulla lite pendente sumtum fuit servata forma, *cap. fin. de fid. instrum.* aut sumtum fuit ex registris Bullarum Papæ? *num. 225.*

226. Collectoris facultas probari potest per testes, quando collector esset deputatus in urbe, ubi moratur Papa. Idem forte in nudo exactore? *n. 232.*

227. Tenor literarum Collectoriæ amissarum probari potest per testes. Idem in delegato; licet aliqui contra, *n. 228.*

229. Subcollectoris facultas probari potest per testes, Contrarium alii. *num. 230.*

231. Testes, & instrumenta regulariter parem vim habent in probatione.

232. Collectoris facultas probatur per testes, ubi is nudus exactor est.

233. Subcollectoris facultas probatur per literas collectoris cum ejus sigillo sine manu Notarii, aut subscriptione testium.

234. Sub-

234. Subdelegationes probantur per sola sigilla delegatorum.

235. Collectoris, seu subcollectoris facultas probari non potest per communem hominum existimationem, *& n. seqq.*

236. Lex *Barbarius ff. de off. prat.* quando locum habeat?

237. Collector decimarum Papalium potest excommunicare, suspendere, & interdicere non solventes decimas.

238. Delegatus potest censuras exercere.

239. Episcopi non solventes decimas Papales quomodo & quo ordine puniantur?

240. Excommunicatio solum generalis ferenda est in Episcopos, Abbates, aliasque personas ecclesiasticas honorabiles non suspectas, ubi solum, de quantitate, & æstimatione fructuum circa solutionem decimæ Papalis agitur.

241. Solventes loco decimæ Papalis minus debito excommunicari possunt specialiter exceptis Episcopis, Abbatibus, & aliis personis non suspectis.

242. Interdictum generale contra civitatem ferri non potest à collectore, ob non solutionem decimæ Papalis. Idem in quovis debito pecuniario, *n. 243.* Se-

cus si prius lata sententia excommunicationis in singulares personas, ea contemta fuit. *num. 244.*

245. Excommunicationis contemtus est causa immediata interdicti generalis.

246. Monitio quomodo facienda sit clero, vel collegio, ut solvat decimam papalem.

247. Generalis sententia quomodo ferenda sit in non solventes decimas papæ.

248. Collector, & subcollector possunt aliis pœnis mulctare non solventes, quam censuris. Subcollector tamen minorem pœnam infligere potest? *n. 249.*

250. Privare non potest collector beneficio non solventem decimam papalem?

251. Capi possunt personaliter non solventes decimas papales. Imò etiam Rectores universitatum, & capita collegiorum pro suis collegiis. *num. 252.* Nisi beneficiati essent Doctores actis legentes? *num. 253.*

254. Brachium seculare non potest à collectore invocari sine speciali mandato. Secus regulariter in delegato. *n. 255.*

256. Vasa sacra, & hujusmodi non possunt capi in exactione decimæ Papalis.

Idem

Idem forte in iis, quæ sunt promiscuo usui deputata, *num. 257.*
258. Magis dignum trahit ad se minus dignum.
259. Vasa sacra, & hujusmodi ornamenta divino cultui deputata non possunt per collectorem accipi pignori etiam à sponte dantibus.
260. Collectori capienti vasa sacra an possit violenter resisti?
261. Excommunicatio lata per collectorem contra non exhibentes vasa sacra est nulla.
262. Collector capiens res notoriè sacras potest ab ordinario puniri.
263. Collector decimarum Papalium quomodo liberare possit, & quietare solventes, aut etiam non solventes.
264. Collector decimarum tenetur solventi, si illud petat, instrumentum liberationis facere.
265. Executive an procedatur in exactione decimæ papalis, & quomodo? *cum seqq.*
266. Ignorantiam edicti allegans & probare volens, quando audiatur? remissivè.
267. Appellari potest à collectore multis in casi-

casibus. Ut si nimis brevem terminum statuat ad solvendum. *num.*286. Item ubi capit pignoris loco res nororie sacras, vel cultui divino deputatas, *num.* 269. Regulariter non potest? *num.*267.

270. Appellari potest à collectore rejiciente exceptionem subreptionis, ubi multi impetraverunt immunitatem à decimis Papalibus non facta mentione de priori aliorum impetratione. Item si à privilegiatis decimam exigat. *n.*271.

272. Causa decimarum Papalium plenarie tractari debet, si quæstio sit inter clericum, & eum, cui Papa concessit decimam beneficiorum. Idem ubi quæstio est inter duos clericos, puta titularem, & pensionarium. *n.* 273.

274. Causa decimarum Papalium summarie tractatur, ubi quæstio est inter clericum & cameram.

275. Summarie proceditur in exactionibus functionum fiscalium, tributorum, & collectarum.

276. Summaria causa est ubi res non patitur dilationem, ut in alimentis futuris.

277. Decimarum Papalium receptio fit in

Novis.

Novissimis Regulis Cancellariæ Pontif. Innocentii XII.

278. Oblationes, quæ fiunt ad sacrificium quarundam decimarum veteris legis loco, subrogatæ sunt.

279. Species decimarum quam plures remissive; & nihilominus explicitè sub Lit. k.

280. Decimarum communis est divisio, ut aliæ sint prædiales, seu reales, aliæ personales.

281. Prædiales, seu reales decimæ quæ sint?

282. Personales decimæ quæ sint?

283. Venationum, & aucupiorum decimæ an sint reales, personales, vel mixtæ, & quid de fœtibus animalium?

284. Mixtarum decimarum species an & cur detur?

285. Personales decimæ etiam nunc debentur. Idem, & multo magis de realibus, & mixtis.

CAP. III.

Quotuplex ſit decima? & d. Q. Q. ac Poſitionibus al. hûc quadrantibus, &c.

QVÆRO PRIMO. Quot ſint genera decimarum?

Reſpondeo, quod, ut habetur in c.1.de decim. *olim fuerunt in veteri lege* (1) *quatuor genera decimarum. Primum earum, quæ ſolvebantur à populo Levitis, de quibus Exod. 22. & 2. Eſdr.10. Et hæc erat decima frugum pars, quam etiam debet ſolvere populus Chriſtianus, ut infra dicam cap. ſeq. Secundum erat earum, quas Levitæ ex decimis ſibi ſolutis dabant Sacerdotibus, de quib. Num. 18. Et loco harum ſubrogata eſt* (2) *quarta, quæ datur Epiſcopo à Presbyteris parochialibus*, ut reſolvit Tyndar. d. tract. n. 1. & Abb.d.c.1. de qua habetur, & traditur per Doct. in c. requiſiſti, *vel potius illa decima, quæ aliquando imponitur per ſummum Pontificem, ſuper beneficiis*, ut docet D. Thom. d. quæſt. 8 .art.4. ad 3. Rebuff. d. tract. q.3. num.3.& Covar.d.c.17. num.3. *de quo genere habe-*

habetur in clem. fin. de decim, & in extrav. unic. eod. tit. in communi, & utrobique per Doct.

Quæro Secundo, De origine, & causa hujus impositionis decimarum?

Prima Conclusio. *Hæ decimæ, quæ summo Pontifici à Clericis solvuntur, originem* (3) *habent à lege veteri, vel potius cum ejus præcepto similitudinem habent; ad ejus enim legis similitudinem præcepta quoque fuerunt in Evangelica lege à summis Pontificibus decimæ*, ut in specie tradit S. Thom. 2. quæst. 87. art. 1. Sot. l. 9. de just. & jur. q. 4. art. 1. & alii, quos supra recensuimus c. 1. qu. 2. *Habentur ergo* Num. 18. *hæc verba*; Locutusque est Dominus ad Moysen dicens; Præcipe Levitis, atque denuncia, cum acceperitis à filiis Israël decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ, ut reputetur vobis in oblationem primitivorum tam de areis; quam de torcularibus, & universis, quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron Sacerdoti, *cujus deinde præcepti executionem quandam habemus* 2. Esdr. 10. ad fin. *his verbis*: Erit autem Sacerdos filius Aaron cum Levitis in decimis Levitarum, &

Levi-

Levitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri. *Ex quibus verbis patet præceptum fuisse in veteri lege Levitis; ut de suis decimis decimas solverent summo Sacerdoti Aaron, eorumque filiis; ac descendentibus, qui in Sacerdotio succedebant. Ad ejus ergo præcepti similitudinem licite exigit summus Pontifex decimas à Clericis, qui eam exigenti (2) solvere tenentur,* ut in hac specie adnotarunt inter certos Abulens. super Matth.25. quæst.74. 8. Thom. d. qu. 87, art. 4. ad 3. arg. Sot. d. q. 4. art. 4. ad finem. Covar. l.1. var, resol. c.17. num.3. & Rebuff. tract. de decimus, q.3. n.3. *Quorum auctoritati accedit (5) & illa ratio, quam affert D. Thom. loc. cit.* naturalis enim, *inquit*, ratio dictat, quod illis, qui habent curam animarum, de communi multitudinis statu provideatur; Unde possint exequi ea, quæ pertinent ad communem salutem; *quam etiam rationem innuit* Card. Zab. post alios d. clem. fin. & Abb. loco mox citan.

SECUNDA CONCLUSIO. *Justa de causa (6) imponenda est hæc decima, & urgente aliqua necessitate, puta pro expeditione belli contra hostes fidei; ita colligitur* ex Conc. Const. sess. 43. & extrav. unica. quæ incipit decla-

declarationes, ibi, pro prosecutione guerræ ac negotii regni Siciliæ contra hostes, & est Bonif. VIII. sub tit. de decim. in commun. *atque ita in specie tradunt gloss. & Doct.* in clem. fin. eod. tit. *Rebuff.* d. num. 3. *Sotus Thostat. & Covarr.* loco cit. *Abb. post Host.* c. 2. num. fin. de decim. *ubi tamen subdit. Abb. id facere Pontificem de potestate absoluta, non autem ordinaria. Justa autem de causa* (7) *motum fuisse Pontificem censendum erit, donec aliud constet*, juxta text. in c. cum à nobis, in fin. de test. & clem. unic. de probat gloss. in l. relegati, C. de pœn. cum aliis late traditis, per Alciat. de præsumt. reg. 3. præsumt. 8. Menoch. eod. tract. lib. 2. præsumt. 1. n. 1. & multis seqq. & Anton. Gabr. commun. concl. libr. 3. tit. de jur. quæs. non tollen. concl. 3.

Tertia Conclusio. *Quamvis à summo Pontifice possit inferioribus etiam laicis* (8) *concedi decima super beneficiis*, ut patet ex d. clem. fin. ubi gloss. & Doct. *tamen non modo ab iisdemmet laicis* (9) *constitui, & imponi non potest*, ut in specie annotavit Rebuff. d. q. 3. num. 4. & satis patet ex c. clericis, in princ. & §. 1. de immun. eccles. in 6. *Ubi excommunicantur* (10) *laici quicunq;*

ex

exigentes ab ecclesiis, & ecclesiasticis personis, earumq; bonis tales collectas, seu dimidiam, decimam aut aliam partem bonorum: Sed neque (11) *ab inferioribus Prælatis, quia Episcopis, Archiepiscopis, & similibus*, ut ex d. clem. fin. colligunt ibi Doct. & Rebuff. d. q. 3. num. 5. *Poterit tamen Episcopus* (12) *imponere, & exigere charitativum subsidium*, ut latè & optimè comprobant Bellenz. & Remig. de Gonn. in tract. de charit. subsid. q. 1. & seqq. *Idem quoque expressius, quod ad decimas spectat, probibetur* (13) *in Conc. Constant.* sess. 43. *in hac verba*: Præcipimus, & mandamus, jura, quæ prohibent inferioribus à Papa decimas, & alia onera ecclesiis & personis ecclesiasticis imponi, districtius observari. Per nos autem nullatenus imponantur generaliter super totum Clerum, nisi ex magna, & ardua causa, & utilitate universalem ecclesiam concernente, & consilio, & consensu, & subscriptione fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium commode haberi poterit, nec specialiter in aliquo regno, vel provinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum majori parte, & eo casu per personas ecclesiasticas, & auctoritate dumtaxat Apostoli-

ſtolica leventur. *Hac ex Conc. Conſtant. Ex cujus verbis, non modo ſatis, niſi fallor, probatæ manent duæ poſtremæ concluſiones, ſed etiam expreſſam formam habemus hujusmodi impoſitionis decimarum. Quare dum Rebuff.* d. num. 3. v. 2. requiritur, *vult, quod poſt impoſitionem decimæ* (14) *decima ipſa denuncietur, tum propter allegatum locum Num. 18.* Præcipe Levitis, atque denuncia, *tum quod debitoribus* (15) *denunciari debet, ut ſolvant*, l. quidam Iberius, ff. de ſervit. urb. præd. Doct. in l. vinum, ff. ſi cert. petat. *fallitur is, ni ego fallor, tum in concluſione ipſa, tum in ratione. Etenim tam ex ſupra dictis, & verb. Concil. Conſtant. quam ex uſu ipſo, & praxi liquet, ſufficere impoſitionem ipſam in ſcriptis fieri cum ſubſcriptione illuſtriſſimorum Cardinalium, & publicatione, ſeu etiam affixione in acie campi Floræ. Rationes quoque illius leves ſunt; neque enim præceptum illud legis veteris nos obſtringit in Evangelica lege, cum judiciale potius ſit*, ut etiam infra dicemus. *neque denunciatio illa, de qua* Num. 18. *eſt actus aliquis poſt impoſitionem, imo fuit ipſamet impoſitio ex DEI mandato. Neque urget illud ſimile de denunciatione, quæ fit debitoribus, ut ſolvant, cum ea fiat*

aucto-

auctore judice; summus autem Pontifex cum sit Christi Vicarius, supremus (16) *etiam judex, & ordinarius est*, c. cuncta 9. quæst. 3. & cap. licet. de elect. cum simil. *quare supervacanea erit ulterior denunciatio.*

QUARTA CONCLUSIO. *Si concurrat* (17) *Episcopus in exactione charitativi subsidii, & Papa in exactione generalis subsidii, & uterque exigat ex justa causa, utrique præstandum erit*, ut post Anton. Butr. & Doct. in c. cum nuper. de cens. tradit Bellenz. in d. tract. de charitat. subsid. q. 63. n. 1. quem etiam sequitur Remig. de Gonn. in simil. tractat. quæst. 54. n. 1 *quod si utrique præstari non possit*, (18) *præstabitur Papæ*, ut ibid. probant Bellenz. & Remig. num. 23. & 4.

QVÆRO TERTIO: De quibus beneficiis, eorumve fructibus solvatur hæc decima Papalis?

PRIMA CONCLUSIO. *Decima hæc* (19) *solvitur de beneficiis, patet ex text.* d. clem. fin. *primis verbis*, si beneficiorum decima, &c. *& admittunt, tum ibi, tum alibi passim Doct. male igitur Rebuff.* d. quæst. 3. n. 4. vers. quarto, quod hæc decima imponatur, *tradit, has decimas solum imponi super deci-*

decimis beneficii, auctoritate allata, Num.18. *ibi*, decimam partem decimæ. *Ex quo concludit, hanc decimam non posse imponi ei, qui decimas non haberet, quia privatio* (20) *præsupponit habitum*, cap. ad dissolvendum, de desponſ. impub. cum ſimil. *male inquam & absque solido fundamento id tradit Rebuf. vel ob eam unicam rationem, quod licet hæc imposito decimæ Papalis ad similitudinem fortasse illius decimæ, quam in veteri lege solvebant Levitæ summo Sacerdoti, introducta sit*, ut ſupra admonuimus; *tamen illud præceptum, sicut & ceterarum decimarum, cum judiciale potius sit, aut ceremoniale, quam morale, nequaquam adstringit Christianos in Evangelica lege, ut fuse ostendimus* ſuperius hoc eod. tract. c.1. quæſt.2. *cum de aliis decimis, quæ Sacerdotibus solvuntur, loqueremur; quod etiam præter alios ibi allatos optime explicat Ang. de Chavas.* in ſum. ver. decima, circa princip.

Secunda Conclusio. *Regulariter* (20) *de omnibus beneficiis, ecclesiasticisque redditibus decimæ Papales solvuntur*, ut ſatis paret ex d. extrav. & tradit poſt alios Card. d. clem. fin. in princ. Bellenz. de charitat. ſubſid. quæſt.73. & ſeqq. *Unde infertur primo,*

 de

de Capellis (22) *solvendam esse decimam*, *ut patet ex Compos.* in c. nuper, de decim. *Rebuff.* d. q. 3. num. 6. *& singulariter voluit gloss. 1.* de clem. fin. in fin. *constat enim, inquit, illas esse* (23) *beneficia ecclesiastica; ex quo sic sunt per Episcopum ordinata*, c. quæsitum & c. pen. 1. quæst. 3. & c. significatum, de præben. *quam gloss. Doctor. ibi sequuntur. Infertur secundo, idem* (24) *dicendum esse de canonicatibus. Clarum enim est, eos beneficia* (25) *ecclesiastica*, c. conquærente, & c. pen. de cler. non resid. cum aliis tex. *Idem in* (26) *cathedralibus, metropolitanis, & Patriarchalibus*, late Bellen. d. q. 73. *Tertio, quod si quis in pluribus etiam civitatibus, & diœcesibus plura habet beneficia, de omnibus* (27) *decimam solvet*, ut habetur in d. extravag. un. versic. quod si in diversis. *Imo etiam Prælati, & alii Clerici exules, cuiuscunque dignitatis existant, de suis* (28) *proventibus ecclesiasticis decimas persolvent*, ut in ead. extrav. disponitur vers. Prælati autem. *Quod vero attinet ad redditus & proventus, multa inferuntur*, de quibus hac ipsa conclusione & sequentibus latius dicam. *Aliqua tamen beneficia, & aliqui redditus excipiuntur*, de quibus ut plurimum per Doct. communiter;

niter, d. clem. fi. Bellen. loc. cit. & text. in cit. extrav. unica, de decim. in commun. *Quæ extravagans* (29) *licet particularis constitutio esse videatur de decimis per eum Pontificem Bonifacium tunc impositis, ut etiã colligi videtur ex ejus princ. atque adeo expirasse ejus Pontificis morte, sicut de extrav.* ex debito deselect. *& extrav.* ad regimen. de præben. in commun. *tradiderunt Doct. quos recensuimus, & secuti sumus* in nostro tractatu de option. cap. 3. num. 4. *tamen cum in hac extrav. un.* de decim. *non adsint verba sufficientia, ex quibus appareat, velle illam expirare morte sua, prout in illa extrav.* ad regimen, *dicitur*, donec miserationis divinæ clementia nos universalis ecclesiæ regimini præsidere concesserit, *&c. & in extrav.* ex debito, *habetur*, donec Christi dignatio non dignabitur universalis ecclesiæ sponsæ suæ regimini præsidere, &c. *cumque hac extravagans sit certa & nota, nec vagetur, sed sit inserta in corpore juris, vim* (30) *habet legis, ita, ut sententia contra eam lata sit nulla*, per ea, quæ tradunt Doct. in c. pastoralis, de fid. instr. & in l. prolatis, ff. de re judic. & late in his terminis Franc. Pavin in prælud. ad extrav. Joh. 22. & Hieron. Clar.

in prælud. ad extrav. commun. *eique tanquam legi generali ſtandum erit. Neque oberit, quod de particulari illa decima loqui videatur, cum Papa reſpondendo, & definiendo ſuper particulari caſu* (31) *canonem condat*, c. ex multa, in princip. de vot. & vot. redemt. ubi Doct. gloſſ. fin. c. conſultationi, de temp. ord. Abb. c. fi. colum. 3. de jur. cal. cum aliis quos refert, & ſequitur Felin. c. 1. numer. 77. de conſtit. *Ex quibus ſequitur, quod cum quæſtio aliqua, aut dubitatio circa impoſitionem decimarum oriri contingat*, (32) *ad hanc extravag. recurrendum ſit, prout etiam recurrendum monet Rebuff* d. quæſt. 3. numero 6. *& quotquot Doct. aliquid de hiſce decimis ſcripſerunt, eam paſſim pro deciſione allegant. Excipiunt ergo* (*ut unde diſceſſimus revertamur*) *nonnulla beneficia, certique redditus ab hujusmodi ſolutione decimarum, niſi de iis expreſſa mentio fiat, cum decima imponitur; quorum aliquot hic & ſeqq. concluſionibus lubet recenſere.*

Primò *quidem excipiuntur redditus, & proventus* (33) *leproſariarum domorum Dei, & hoſpitalium pauperum, qui in uſus leproſorum, infirmorum & pauperum convertuntur;*

tur; de iis enim decima non solvetur, ut dicitur in d. extrav. un. vers. de redditibus, *& not. Rebuff.* d. q. 3. num. 4. *Felin. c. de quarta, num. 18. de præscript. gloss. & ceteri.* de clem. fin. *ubi Card.* qu. 3. *singulariter dicit, quod, quamvis Lap. (quem deinde secutus est ibidem Imol.) asserat, se consuluisse* (34) *deberi decimam ex redditibus, qui supersunt ultra hos usus pauperum & infirmorum, tamen debent potius expendi in usus aliorum pauperum, ex quo sic fuerant redditus deputati,* c. quia contingit, de relig. dom. & c. si propter, de rescript. in 6. Card. sequitur idipsum, late probans Bellenz. d. tract. de subsid. charit. q. 68. num. 3. *Ratio vero, cur hujusmodi redditus decimæ Papali non subsint, ea etiam esse potest, quoniam* (35) *hospitalia illa nomine beneficiorum proprie non comprehenduntur? quo argumento utitur à contrario sensu in Capellaniis gloss. 1.* in fin. d. clem. fin. de decim. *unde per literas super provisione quorumlibet clericorum directas, de xenodochiis, leprosariis, eleemosynariis, seu hospitalibus, nulli potest provideri, nisi hoc in literis caveatur expresse,* ut disponit ad literam tex. in clem. per literas, quæ est 2. de præbend. & dig. *Imo, neq. hospitalia* (36) *in beneficiū conceduntur*

ceduntur, nisi in illorum fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem (per Superiorem confirmandam, ut exponit gloss.) *sit de Rectore loci hujusmodi providendum,* ut cavetur in clem. quia contingit, quæ est fin. §. ut autem, de relig. dom. *Secus vero dicendum erit* (37) *de hospitalibus militarium ordinum; aut aliorum religiosorum; nam & ea in beneficium conferri possunt,* d. clem. quia contingit, §. præmissa vero, *neque sub nomine eorum hospitalium, de quibus in extravag. apte continentur, cum ad usus illorum infirmorum, & pauperum omnes eorum redditus per se non sint destinati; sed potius ad militum illorum, seu religiosorum sustentationem, cum onere tamen aliquo vel hospitalitatis, vel certæ eleemosynæ, & largitionis, quare* (38) *ex iis redditibus, qui ultra hac omnia supererunt, solvenda erit de iis decima,* quæ omnia etiam colliguntur, & optime confirmantur ex late traditis per Bellenz. de charit. subsid. q.38. & 68.

Secundo *excipiuntur moniales, aliaque* (39) *regulares personæ, quarum redditus, & proventus ecclesiastici adeo sunt tenues, quod de illis sustentari non possint, sed pro habendo vitæ suæ sustentatione, necesse habent pu-*

blice mendicare, ac eleemosynas publice petere; ita habetur ad verbum in de extrav. un. vers. moniales, *& not. gloss. 1.* de clem. fin. & post alios fuse Bellenz. *d. tract. quæst. 30. &* 77. & Remig. de Gonn. in simil. tractat. de charit. subsid. q. 37. n. 14. *ubi etiam cum sequentibus idem probat* (40) *in aliis tenuibus beneficiis cæterorum clericorum post Gem.* cons. 85. vers. ex quibus concluditur, & alios; *quod etiam patet ex seqq.*

Tertio, *seculares Clerici, quorum ecclesiastici redditus, & proventus annui summam septem florenorum auri non excedunt, eam* (41) *decimam non præstabunt, ut cavetur* in d. extrav. vers. seculares quoque Clerici, *& adnotavit Gig.* in tract. de pension. quæst. 59. num. 7. *ubi etiam exponit florenos auri pro ducatis, & optimè; & ita intelligit, & observat Romana curia, quod idem de Capellis, quæ non excedunt viginti libras, quod nimirum de iis decima non solvatur, tradit Rebuff.* d. q. 3. n. 6. *post Collect.* in c. nuper de decim. *Si tamen* (42) *una persona plura habet beneficia, quorum nullum per se acceptum dictam summam septem florenorum auri non attingat, simul tamen collecta eam excedant, de omnibus illis, & singulis decima*

 persol-

persolvetur, sed non solvetur (43) *de pitantiis monachorum:* Ita declaratur in d. extravag. versic. si vero, *eas autem pitantias* (44) *exponere possumus, vel pro stipendiis, quæ dantur monachis, ut inserviant ecclesiæ, vel etiam proportionibus, quæ illis dantur, aut debentur ad eorum victum, & congruam sustentationem*, ut patet ex traditis per Anast. Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 17 num. 17. & tract. de indult. Apost. §. per quæ sublatis, num. 10. nec non ex adductis per Henric. in sum. Theol. mor. lib. 9. qui est de vero missæ sacrificio cap. 22. tom. 1.

Quarto *de his, quæ à Christifidelibus relinquuntur ecclesiis, ut ex his perpetui emantur redditus, decima non* (45) *solvitur*, ut habetur in d. extrav. un. versic. similiter de his, *de aliis tamen legatis quæ Prælatis, & aliis personis ecclesiasticis, non personarum, sed ecclesiarum vel officiorum ratione relicta decima* (46) *persolvatur*, ut dicitur in ead. extrav. vers. de legatis quoque. *De eleemosynis autem, & aliis oblationibus dicam* inferius vers. 8. de eleemosynis.

Quinto, *De xeniis, Prælatis & aliis personis ecclesiasticis liberaliter factis, non solvetur* (47) *decima*, prout subditur in ead.

extrav.

extrav. verſ. item de xeniis. *Sunt autem Xenia* (48) *proprie munuſcula, quæ hoſpitibus dantur; ξένος enim græcè hoſpes eſt; unde xenodochium, hoſpitale, & ſimilia; ſed & ſumitur etiam xenium pro quolibet munere ac dono*, l. ſolent, ff. de off. proconſ. *Plura de his videri poſſunt apud Ant. Nebriſſ.* in vocabul. utr. jur. *& eundem, ac Hier. Verrut. & alios* in Lexico juris verb. xenium.

Sexto, *Ex d. extrav. verſic*, declaramus, *etiam habetur, quod de ſylvis* (49) *quoque ſeu nemoribus, quæ non conſueverunt vendi, nil ſolvitur, niſi forte aliquid de illis venditum fuerit durante decima, & tunc æſtimabitur, quantum valere debent annui redditus partis venditæ ſecundum aſſiſiam, (hoc eſt* (50) *ſecundum juſtum pretium à Principe ſtatutum*, per ea, quæ late tradit Remig. de Gonn. tract. de charit. ſubſid. quæſt. 60. n. 1. & 2. *ſeu*, ut paulo poſt in ead. extrav. unic. dicitur, *firmam annuam*, argum. eorum, quæ tradit gloſſ. in c. penult. verbo aſſiſios, de cler. non reſid. *hoc eſt, conventionem de certa ſumma pecuniæ ſeu fructuum penſionũ nomine) ſecundum aſſiſiam, inquam, quæ conſuevit fieri de nemoribus, in partibus illis, in quibus nemus ſituatum fuerit, & de ſola*

æstimatione decima persolvetur, & non de eo, quod perciperetur de iis sylvis, seu nemoribus, quæ vendi non consueverunt, nisi forte vendantur durante decima, intellige autem de venditione, non quoad proprietatem; sed quoad proventum, unde ibidem subditur, quia tunc solvetur ex venditione pascuadii seu herbagii, aut alterius consimilis proventus eorumdem nemorum & sylvarum, & si non vendantur hujusmodi pascuagia & similia, non solvetur decima de his; ita tamen quod in fraudem decimæ nihil contra hoc attendetur. De sylvis vero caduis idem fiet, quod de stagnis mox dicetur, ut dicitur in ead. extrav. de piscariis.

Septimo, *De piscibus* (51) *stagnorum, vel belluis garenarum, quos pro usu, vel esu suo consumi, vel sine fraude donari contigerit, decima non solvetur*, ut habetur d. extrav. vers. de piscibus stagnorum. *De stagnis vero, & piscariis (domesticis nimirum, ac privatis, quæ venduntur quoad proventum duntaxat) decima sic* (52) *solvetur; videlicet, quod fiat relatio de numero annorum, quibus ante venditionem ultimam vendita non fuerunt quantitatem pretii ex ipsa venditione ultima recepti, ut pretio diviso in partes*

partes secundum annorum terminum, durante decima solvatur decima ipsa de tot partibus pretii ex ipsa venditione recepti, quot fuerant anni prædicti, ut si forte quinque anni erant elapsi, ex quo non fuerat stagnum venditum, & tunc venditum fuit pro centum florenis, fiant de pretio quinque partes, & pro tribus annis, quibus durabit decima solvatur decima ipsa de tribus partibus pretii tantum videlicet 60. florenis (unde sex tantum floreni tribus illis annis solventur) & multiplicabuntur & minuentur partes pretii, prout plures & pauciores fuerunt dicti anni. De piscariis autem fluminum, & lacuum & venationibus, si vendantur idem, quod de stagnis, fiet. Hæc omnia caventur in ead. extravag. de stagnis.

Octavo, *De eleemosinis,* (53) *seu oblationibus datis ad opus fabricæ, & maxime de his oblationibus, quæ in civitatibus, & aliquibus castris, & locis dictarum provinciarum in certis festivitatibus in candelis, & aliis consueverunt dari, & offerri ad opus fabricæ deputatis decima non solvetur, Similiter nec de illis oblationibas, quæ colliguntur interdum per laicos,* qui consortiales *dicuntur (vulgo autem* confratres *vocamus) interdum*

per

per Clericos, quæ ad opus consortii reducuntur; & quæ offeruntur, ut luminaria in ecclesia, cruces & calices fiant, & reparentur, & etiam ex illis pauperibus subveniatur, & sepeliantur corpora pauperum defunctorum; Ita disponitur in sæpius memorata extrav. vers. de eleemosynis vero. *Solvetur tamen de aliis oblationibus, quæ fiunt Clericis, & Rectoribus sive fiunt pro benedictione nubentium, sive pro exequiis mortuorum, sive pro dandis pœnitentiis; nec non etiam de emendis, quæ ab excommunicatis recipiuntur,* ut habemus in ead. extravag. vers. Solvetur autem, qui est paulo post medium, & vers. insuper de oblationibus, qui est prope finem illius constitutionis; *quod tamen intelligerem tunc demum procedere, cum decima imponitur super quibuscunque proventibus, redditibus & obventionibus tam ordinariis quam extraordinariis, prout fieri solet,* per eaque latiùs afferam inf. hac ead. quæ concl. ult.

TERTIA CONCLUSIO. *Rector* (54) *parochialis, qui urgente necessitate ecclesiæ, puta, quia ipse residendo personaliter in eadem, per se non sufficeret ipsi curæ propter multitudinem parochianorum, vel divisionẽ paro-*

parochia sua, sed necesse habet unum, vel duos vel plures capellanos conducere, & eis propter (vel, ut ego potius legerem, præter) victum, salarium constituere; salarium hujusmodi poterit in decima solutione deducere; sed ratione victus capellanorum ipsorum aliquid non deducet; sic cavetur in d. extrav. vers. Rector parochialis. *Similiter quavis* (55) *persona ecclesiastica, quæ in ecclesia sua, vel beneficio, quod residentiam personalem requirit, non residet, sed facit in eodem per firmarium, vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario vel firmario certam proventuum suorum portionem, non de vicariatus, seu firmarii portione, sed de universis ipsius ecclesiæ, vel beneficii proventibus decimam exhibebit*; ita disponitur in ead. extravag. vers. sed ecclesiastica persona. *De hujusmodi autem* (56) *vicariis, & coadjutoribus habetur* c. in nova, 16. q. 7. cap. fin. 93. dist. & c. 1. 94. dist. & tot. tit. ubi Doct. de off. vicar. & de cler. ægrot. vel debilit. cum simil. Jo. Sylv. & alii in suis tract. de ben.

Quarta Conclusio. *Quoniam nonnulli obtinent à monasteriis, & ecclesiis prioratus, pensiones, census, redditus, domos, grangias, (hoc est,* (57) *villulas*, ut colligi-

tur

tur ex extrav. cum nonnullæ, la. 1. de præben. in commun. nec non ex tex. & ibi gloss. marg. in c. fin. de cens) *insolvenda de his decima* (58) *distinguendum est cum Bonif. VIII.* d. extrav. v. & quia nonnulli, *an talia in beneficium habeantur ex contractu, an mera gratia. Si enim talia in beneficium habeantur, sive hoc sit concessum per sedem Apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvetur decima. Cum autem obtinentur talia ex contractu, puta ad pensionem, vel firmam annuam, in qua non est facta gratia obtinenti, sed in hoc uterque contrahentium studuit conditionem suam facere meliorem, perceptores pensionis, vel firmæ de ipsa pensione, vel firma decimam exhibebunt; si autem quis ante, vel post hujus decimæ concessionem, ad vitam propriam emit proventus prioratuum, vel aliorum prædictorum pro aliqua pecunia, ita quod in hoc ei scienter gratia non est facta, considerabitur, quantum æstimatione communi valeant annui proventus prioratus, grangiæ, domus, terrarum, seu reddituum hujusmodi, & secundum hoc ab illis, quorum est horum proprietas, qui inde pretium pro futuro tempore receperint, per tres annos deci-*

decima exhibebitur; si autem in his gratia facta sit obtinentibus, quia scienter pro minori pretio, quam valeant, sunt talia vendita vel locata, ipsi obtinentes, & non monasteriũ vel ecclesia de illo, in quo gratia facta est ipsis, & de reliquo illi, quorum est proprietas, decimã exhibebunt. Si autem personis aliquibus pro justa mercede, seu remuneratione laboris, obsequii præstiti, vel præstandi talia sunt concessa, hi, quorum est illorum proprietas in decimatione proventuum suorum, etiam horum proventus merito numerabunt, & de illis (sicut de aliis, quos pro certis suis utilitatibus expendunt) decimam exhibebunt. Quod si hæc per illos, qui ea obtinebant, in alios sunt translata (quia res transit cum onere suo) etiam circa illos quæ prædiximus, servabuntur; Nec deducentur (59) *expensæ, quæ pro monachis (qui in talibus prioratibus, grangiis, seu domibus in beneficium, seu ex mera gratia concessis, ex pacto teneri debent) fieri dignoscuntur. Expensæ autem* (60) *illorum monachorum, vel personarum, quæ teneri debent ex pacto in prioraribus, grangiis, seu domibus ad justam firmam, seu pensionem concessis, sive determinata, sive non, æstimabuntur æstimatione communi, & talem æstimatio-*

de quo solvisset decimam, si illud recepisset, tenetur ex tali procuratione decimam exhibere, si vero procurationem, quam tantum in victualibus licet percipere, fortasse remittit, persona ecclesiastica, cui remissio facta est, hujusmodi victualia cum aliis proventibus suis, cum decimam solvet, æstimabit, cum etiam si non essent remissa, hoc facere teneretur; sic habemus in d. extrav. Bonif. VIII. vers. præl. de procurationibus. *De his v. procurationibus* (62) *fuse tractant* tex. & Doct. 10. qu. 2. & 3. per totum 23. quæst. ult. & c. si tributum cum seq. 11. quæst. 1. & tot. fere tit. de cens. extr. & in sext. inter mod. Petr. Surd. tractat. de aliment. tit. 1. quæst. 64. Pavin. Socin. Fusc. & alii in suis tract. de visit. sub quæst. & tit. de procurationibus.

Sexta Conclusio. *De iis* (63) *quoque, quæ consistunt in jurisdictione, mero imperio, regalibus, atque similibus solvetur decima deductis salariis moderatis, quæ ante concessionem decimæ consueverunt solvi judicibus, & officialibus, similibusque personis, sine quibus jurisdictio, & cetera similia nequeunt expediri; ita tamen, quod in fraudem decimæ, nihil contra hoc penitus attentetur; sed expensa* (64) *officialium, judicum, & hujus-*

 modi

modi personarum factæ in vestibus, sive victualibus minime deducentur, sicut nec aliæ expensæ similes factæ circa familiam Prælatorum; Ita quoque habemus in d. extrav. vers. de iis quoque.

Septima Conclusio. *De furnis, ac molendinis* (65) *decima præstabitur*, ut ibid. dicitur vers. item de furnis; *De fructibus* (66) *quoque arborum, & hortorum decima solvetur. De his* (67) *autem, quæ consumuntur usu vel esu animalium, si sint ecclesiarum, solvetur decima, deductis expensis necessariis, quæ fiunt pro custodia; si vero sunt personarum, decima non solvetur*; ita demum habetur in sæpius memor. extrav. unic. de decim. vers. de fructibus arbor.

Octava Conclusio. *Beneficia quoque unita, subjacent huic decimæ, licet principaliter* (68) *uniantur, & retineant nomen & statum proprium. Ratio clara est, quia cum retineant statuum suum, sicut ante subjecta erant, ita nunc; & probatur ex eo, quod tradit Card. post alios* d. clem. fin. de dec. *dum vult qualibet beneficia comprehendi nomine beneficiorũ, de quo d. clem. in primis verbis. Imo idem erit, si ex duobus unitis unũ fiat; utrumque enim suam naturam servat,*

jura-

juraque & privilegia sibi invicem communicant, ut patet ex jur. in f. citan. & not. Abb. c. 2. num. 4. de relig. dom. & alii passim; *quare prout antea solvebatur de iis decima, vel non, ita quoque nunc fiet. Idem quoque erit, si beneficium aliquod, quod alias immune esset à decima, alteri unitum sit accessorie, dummodo illud beneficium, cui unitur, decimæ subjaceat; tunc enim de iis quoque redditibus solvenda erit decima, & contra cum, eo casu ecclesia, quæ alteri accessorie, unitur & annectitur illius naturam, consuetudinem, & privilegium assumat, propriaque cura amittat; siquidem ei, cui unitur ecclesia, tanquam filia matri esse perhibetur*; quæ omnia colliguntur ex text. & Doct. in c. postquam, & c. & temporis, 16. quæst. 1. c. sicut unire, de excess. præl, c. quod translationem, de off. Leg. Abb. c. 1. ne sed vac. & d. c. 2. num. 4. & Petr. de Perus. tractat. de union. cap. 1. *Et generaliter, quod de omnibus beneficiis unitis, seu membris principalis beneficii solvenda sit decima Papalis, consuluit* Oldr. cons. 253. n. 1. Bal. cons. 205. num. 4. volum. 3. Rebuf. cons. 124. num. 7. *& latè tradit* Remig. de Gon. in tract. de charit. subsid. qu. 26. n. 1. *Quod idem puto*, (69) *locum habere, quamvis bo-*

na, & fundi beneficiales siti sint diversis in locis, & decima imponatur in aliqua diœcesi, ubi situm est beneficium & ecclesia, non autem bona illius; attenditur enim locus beneficii, cum hujusmodi decima (70) *sit onus reale ecclesiarum, non autem prædiorum, & imposita sit non ipsis rebus, sed ecclesiis, vel personis ecclesiasticis pro ipsis rebus; unde solvenda est decima, etiam pro bonis sitis extra illud territorium; Ita per hanc rationem tradunt in terminis Doct. communiter* in cap. 1. immunit. in 6. *maxime vero Joan. Gemin. & Franc. quos ego vidi, eosque sequitur Bellenz.* de charit. subsid. quæst. 434. *Remig. de Gonn.* eo tract. quæst. 25. & 26. *ubi id latè examinant, quamvis contrarium tueri videatur Feder. de sen.* cons. 151. in 2. respons.

Nona Conclusio. *Decimæ solvuntur de mensa grossa canonicorum. Quod enim de canonicatibus* (71) *solvatur supra admonuimus* hac ead. quæst. conclus. 2. *& colligitur ex alleg. extrav. un. vers.* sed ecclesiastica persona, *dum comprehendit quodlibet beneficium, quod residentiam personalem requirit; clarum autem est, Canonicos* (72) *teneri ad residendum*, ut tot. fere tit. *& clarius* in c. penult. de cler. non resid. & c. un.

eodem

eodem tit. in 6. *Quamvis igitur* (73) *mensa hæc, ut plurimum, tam à præbendis, quam à distributionibus quotidianis distinguatur*, ut patet ex Paris. cons. 32. volum. 4. Calder. cons. 21. sub tit. de præbend. Rebuff. in concord. rubr. de collat. §. 1. verbo, distributionem, Abb. in c. licet, de præben. Fell. in c. Jacobus de Simon. Doct. fere omnibus in d. c. unic. *tamen ex iisdem fere Doct. ibid. videre est aliquando* (74) *eam succedere loco præbendarum*, ut liquet inter alios ex Abb. d. c. licet; *aliquando de ipsa mensa grossa* (75) *solvuntur distributiones quotidianæ*, ut inter certos tradit Gemin. d. c. unic. in fi. *Ubi ergo mensa hæc, seu massa subrogetur, & succedat loco præbendarum, quoniam non adsint præbendæ distinctæ, tunc, quamvis decima absolutè imponatur super beneficiis, puto* (76) *de ea decimam solvendam esse, cum subrogatum sapiat* (77) *naturam ejus, in cujus locum subrogatur*, l. eum qui, §. qui injuriarum, ff. si quis caut. cum aliis vulg. *sed ubi etiam ea in distributiones quotidianas destinetur, ac distribuatur, tunc saltem cum decima super proventibus ecclesiasticis, seu ecclesiasticarum personarum imponitur, de illa mensa* (78) *solvenda erit decima; eo enim casu de ipsis*

quoq; distributionibus quotidianis præstatur, ut mox dicam.

DECIMA CONCLUSIO. *Ubi decima Papalis imponatur super beneficiis, & omnibus proventibus ecclesiasticis, tunc* (79) *de distributionibus quoque quotidianis solvenda est: tex. ad literam* in jam millies cit. extravag. unic. versic. & quia non occurrit, de decim. *ubi Bonif. ponit hac verba:* Et quia non occurrit nobis, quia quotidianæ distributiones proventus ecclesiastici sint, de distributionibus, quæ dantur in horis canonicis præsentibus debere solvi decimam declaramus. *Unde per eam extrav. nonnulli absolute dixerunt de quotidianis distributionibus solvendam esse decimam ut gloss. 1. Imol.* num. 6. & alii, d. clem. fin. de decim. *qui tamen intelligendi sunt in casu extrav. cum nimirum decima imponitur super proventibus ob eam rationem, quia nomen proventus* (80) *valde generale est, & comprehendit omnem redditum undecunque nobis obvenientem*, ut patet ex text. in l. annonam, ibi, uberes proventus, ff. de extraord. crim. Boer. decis. 224. Alciat. l. frugem, primis verbis, fin. de verb. signif. & ibi latius. Rebuff. versic. proventus verò & in concord. rubr: de collat. §. volumus, in gloss.

gloss. redditus cum seq. *Quod idem putarem dicendum*, (81) *si decima imponeretur super redditibus, aut obventionibus ecclesiasticis; nam & nomen redditus, & obventionis* (82) *satis generale est*, ut patet ex Alciat. loc. citat. Rebuff. d. gloss. redditus & l. frugem, vers. insuper de verbo redditus, & versicul. obventiones, Boer. ubi supr. Zenzel. in extravag. Jo. 22. incipit, suscepti, verb. fructus obventiones, de elect. & aliis, quos refert, & sequitur. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss 6. n. 1. *Ubi autem decima imponatur duntaxat super beneficiis, vel eorum fructibus, tunc puto*, (83) *non esse eam de distributionibus solvendam; sic intelligendi sunt, quotquot indistinctè asserunt de iis non esse solvendam decimã, quod voluit gloss. Zenz.* de extravag. suscepti, verb. solvere, in fin. *tradideruntque Gemin.* cons. 85. num. 81. *Marc. Mant.* cons. 1. *Tiber. Decian.* cons. 43. num. 15. *post Gemin* cons. 152. *Flam. Paris.* tract. de resign. benef. lib 6. qu. 2. num. 51. *Mandos.* tractat. de sign. grat. tit. de pension. colum. 8. versic. pensiones *Rebuff.* de tractat. de decim. quæst. 3. num. 8. *dicens, ita fuisse per Papam declaratũ. Gig. vero* cons. 144. num. 33. *multas refert se vidisse literas Apostolicas mandantes, quod de distri-*

butionibus quotidianis decima per Papam imposita non solvetur, ex quibus quinque recenset sub diversis datis; & subdit sæpius se ita practicasse, & obtinuisse. Bellenz. demum in tract. de charit. subsid. quæst. 76. dicit, quod nisi essent declarationes illæ Bonif. VIII. contrarium diceret, quod nimirum de distributionibus quotidianis decima non præstetur. Idque ex eo maxime probatur, quod distributiones quotidianæ (84) *neq; nomine beneficii veniunt*, ut post Gemin. de cons. 87. num. 20. Rip. respons. 2. lib. 1. & Franc. d.c. unic. §. statuimus, not. 1. tradit Gig. de cons. 144. n. 17. & 18. *neque etiam* (85) *nomine fructuum beneficii, neque in valore illius computantur*, Rot. decis. 93. de sentent. & re judic. in antiq. decis. 8. de præbend. in no. & 22. eod. tit. in antiq. decis. 33. num. 2. 1. part. & decis. 170. num. 1. lib. 3. par. in noviss. divers. *Boer.* decis. 19. num. 4. Fel. c. ad aures, num. 14. de rescript. Jo. An. rubr. de concess. præbend. & in addit. ad Specul. Gemin. Franc. & alii, d.c. unic. Oldr. consil. 118. & alii quos referunt, & sequuntur Bellenz. d. quæst. 76. Paris. d. quæst. 2. num. 30. & Gig. de consil. 144. n. 100. & alii passim. *Idem quoque erit ob eandem fere rationem* (86) *in anniversariis, seu*

obven-

obventionibus ratione sepulturæ, ut in specie tradit Bellenz.d.quæst.76. *hæc enim quoque non computantur* (87) *in redditibus, seu valore beneficii*, ut not. Rot. d. decis. 8. de præbend. in no. & Bellenz. ubi sup. post Jo. An. d. rub. an de concess. præbend. vers. demum quærebatur, & Oldr. consil. 206. incip. An obventus. *Imo neque veniunt nomine redituum, fructuum, jurium, proventuum, emolumentorum canonicatuum; neque etiam nomine distributionum quotidianarum*, ut post alios tradit Navarr. consil.13. sub tit. de Cleric. non resid. volum. 1. *De his ergò decima Papalis non solvetur seclusa Bonifacii declaratione, quæ in speciali casu loquitur, quo imposita fuerat decima super omnibus proventibus ecclesiasticis*, quod & supra attigimus, conclus. 2. in fin. *Quid autem propriè veniat nomine distributionum quotidianarum præter Doctor.* d.c. unic. *videndus est tex.* in extrav. postulasti, & extravag. cum nonnullæ, la 1. de præbend. in commun.

Qværo Quarto, An aliqui sint immunes à solutione harum decimarum, & quinam illi sint?

Prima Conclusio, *Colonus*, (88) *qui conduxit bona & prædia beneficii cujuscunq;*

cunque, non tenetur, si ei gratia aliqua in eo contractu scienter non est facta, ad solutionem decimarum, sed decima ad proprietarium spectabit; ita habetur & latius explicatur in d.extrav. un.vers. Et quia nonnulli, de decim. cujus verba supra retulimus quæst. præced.conclus.4. & notarunt inter ceteros gloss. & Joh.de mol. d. clem.fin. de decim. Bellenz. d. tract. de subsid. charit. quæst.75. Vinc.Franc.decis. Neap.107.num.3. & seqq.

SECUNDA CONCLUSIO. *Pensionarius* (89) *tenetur ad ratam pensionis solvere decimam Papalem, quicquid in contrarium voluerit* Joan. An. in addit. ad Specul. sub tit. de concess. præbend. & Oldr. cons. 208. *contra eos enim est communis eorum opinio, qui de hoc aliquid scripserunt; quam tuetur* Dec. consil.156. incip. statutum cathedralis Ecclesiæ, vol. 1. num. 4. & ibi Lugd. in add. Rebuff.cons. 125. per totum Bellenz.d.tract. de subsid. charit. quæst. 37. Caccial. tract. de pension. eccles. quæst. 17. Gig. eodem tract. quæst 59. per totam, & rursus quæst.62. n. 13 Ursill. ad Afflict. decis. 252. num. 7. Vinc. Franc. d. decis.107.num.1.& seqq. *Idem quoque aperte tenet Rot.Rom.* decis. 161. num 32 par. in noviss. divers. *dum ait, pensionarium regu-*

regulariter teneri contribuere pro rata pensiones ad solutionem oneris impositi super fructibus beneficii, super quibus est imposita pensio, allegans Caccial. d. quæst. 17. *& Gig.* d. quæst. 59. *& satis colligitur ex d. gloss.* 1. d. clem. fin. *& ibi Jo. Imol.* num. 6. de decim. *per text* d. extravagan. in alleg. vers. & quia nonnulli, *ubi dicitur*, quod si redditus, pensiones, census, & similia monasteriorum in beneficium habeantur, sive per sedem Apostolicam, sive per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, de illorum proventibus solvetur decima; *quo loco verbum illud* pensionis *sine ullo incommodo intelligi potest de pensione ecclesiastica, cujus capax regulariter est solus Clericus, quaque ut perpetuo duret, à solo Pontifice imponitur; & hoc est, quod dicitur* in d. vers. sive sit hoc concessum per sedem Apostolicam; *quod vero subditur*, sive per ipsorum monasteriorum, vel ecclesiarum personas, *ad grangias, domos, redditus, & census, de quibus ibi, refertur; & sic illum text. de pensione ecclesiastica intellexit* Gig. d. quæst. 59. num. 2. & Rebuff. d. cons. d. cons. 125. num. 10. *Ex quibus satis, ni fallor, firmata manet hæc conclusio, licet ad id aliqua adducat Bellenz.* d. quæst. 37. *& plura*

Rebuff.

& seqq. junctis iis, quæ de vi (94) hujus clausulæ tradit Bald. & Collect. in c. dilecta, de præscript. Jo. An. cons. 56. late inter alios. Anton. Gabr. comm. conclus. libr. 5. tit. de clausul. concl. 5. *Extenditur autem primo hæc ipsa declaratio, quod,* (95) *si Papa dedisset auctoritatem collectori exigendi decimam super proventibus, ac redditibus beneficiorum, à quibuscunque personis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, adhuc non poterit cogere hujusmodi pensionarium, qui pensionem habet exemtam ab omni onere ad solvendam decimam,* ut in terminis monet Gig. d. quæst. 59. numer. 9. per ea, quæ tradiderunt Alex. cons. 110. vol. 4. & Card. cons. 102. in princ. *Extenditur secundo, quod* (96) *si Rector beneficii fuerit gravatus ad solvendum integram decimam, non poterit pensionarius à collectore ulterius molestari ad illius solutionem, cum semel decimatum, amplius* (97) *non debeat decimari,* cap. tua nobis, cum ibi trad. per Doctores, de decim. *& semel exactum non debeat amplius exigi,* c. bona fides, de reg. jur. in 6. cum aliis de quibus per Gig. id in specie tradentem, d. quæst. 59. num. 3. & 4. *Poterit tamen Rector beneficii eo casu* (98) *uti retentione pro rata decima solvenda per pensio-*

pensionarium in solutione pensionis, ut monet Gig. ubi supra num 5.

Declaratur secundo principalis conclusio, ut non procedat, (99) *ubi pensio non excederet summam ducatorum septem, ut in specie limitat Gig*. d. quæst. 59. num. 7. *& est text. expressus* in d. extravag §. seculares quoque Clerici, *ubi dicitur, quod seculares Clerici, quorum Ecclesiastici redditus summam ducatorum septem non excedunt, annuatim decimam solvere non tenentur; quod tamen* (100) *restringitur, nisi plures hujusmodi, vel etiam minores pensiones obtineret, quæ simul dictam summam excedunt; tunc enim de omnibus solvenda erit decima*, per text. express. in seqq. verbis, d. extravag. quæ retulimus q. præced. concl. 2. vers. Tertio seculares Clerici; *Idque procederet* (101) *etiam si fuisset assignata talis pensio in beneficium*, ut ibi dicit Gig. & colligitur aperte ex d. extrav. loc. cit. *non procederet autem in pensione* (102) *alicui assignata ob remunerationem laborum, vel obsequii, aut servitii præstiti, vel præstandi*, ut post gloss. 1. d. clem. fin. & ibi Imol. tradit Gig. d. quæst. 59. num. 8. & videtur tex. satis apertus, d. extravag. vers. si autem personis aliquibus, cujus versi. verba

verba retulimus, supr. concluf. 5. præced. quæstionis.

Declaratur tertio, non procedere in Cardinali pensionario; (103) ita in specie docet Gig. d. q. 59. n. 10. *cujus rei veritas, & confirmatio ex eo pendet, quod mox dicam de beneficiis Cardinalium* in quinta concl.

Tertia Conclusio. *Quæ cum sequenti extensiones quædam sunt ad præcedentem conclusionem. Ex communicatio* (104) *lata per collectorem decimarum contra pensionarium, cui reservata est pensio libera ab omni onere decimarum, ob non solutionem decimæ ad ratam pensionis, est ipso jure nulla; ita in specie tradunt Bellenz.* d. tract. de subsid. charit. quæst. 24. *& Gig.* d. tract. de pens. quæst. 60. per totam; *idem quoq; tenuit Cald.* de sentent. ex commun. cons. 9. *ubi dicit,* (105) quod si Collector decimæ, volens decimam exigere à religiosis, exemptis ab ejus solutione, ejus privilegium suum allegantibus, eosdem propter hujusmodi denegationem solutionis excommunicet, excommunicatio erit ipso jure nulla; *ad idem opt. text.* in c. cum ad quorundam, de excess. Præl. *ubi declaratur nulla excommunicatio Prælati exigentis procurationem ultra juris formam*

formam, aut speciale privilegium Apostolicæ sedis (106) *lata contra non solventes hujusmodi excessivam procurationem*; quod idem de procuratione ultra juris formam adnotavit Innoc. in c. cum Apostolus, de cens. Alia ad id leviora addunt Gig. & Bellenz. loc. cit. quos videas, si lubet.

QUARTA CONCLUSIO. *Si Clericus privilegiatus, ut non teneatur solvere decimam de pensione, molestetur à collectore, & solvat cum protestatione, quod per talem solutionem non intendit præjudicare suo privilegio, talis protestatio* (107) *eum juvat; ita in specie tradit Gig.* d. tract. de pens. quæst. 61. *idem* (108) *de privilegiato, ut non solvat charitativum subsidium, docet Bellenz.* d. tract. de charitativ. subsid. quæst. 61. opt. text. *in l. 1. & quod ibi not. Bart.* C. de iis, qui sponte publ. mun. suscep. *ubi veterani, qui patiuntur, se decuriones fieri, si id faciunt cum pacto salvo privilegio suo, illud non amittunt; idem quoque probatur ex Rom.* cons. 253. incipit pro decisione propositæ consultationis, dub. ultim. *ubi id adstruit de solutione quorundam onerum facta per homines habentes immunitatem. Idem quoque erit,* (109) *ubi nulla protestatio accessit, sed per*

vim

vim extorta fuit, ut in prædicto casu sentis Rom. & in casu charitativi subsidii Bellenz. loc.cit. *& est de hoc opt. text.* in l. cura extruendi circa princ. verſ. nec ſi per vim extortum, ff de mun.& honor. *Si autem* (110) *pensionarius, aut alius privilegiatus exemtus à solutione decimarum sponte, & sine ulla protestatione solvat, an tunc sibi præjudicet? hoc pendet ab illa quæstione: an* (111) *per unicum actum contrarium, quis suo privilegio renunciare videatur?* de qua per Doct. d.l. 1. & cap. cum acceſſiſſent, de conſt. Bartol. l. beneficium, & ibi Alex. de conſtit. Princip. Cyn. in leg. voluntarie, Codic. de excuſ. tutor. Card. in clem. ſæpe, §. ſi tamen. qu. 2. de verb. ſig. Innoc. in c. accedentibus de privil.

Quinta Conclusio. *Probabilius mihi est, Cardinales* (112) *non teneri solvere decimam de suis beneficiis; ita expresse tradit Lanc. Conr.* in Templ. omn. jud. lib. 2. c. 3. quod eſt de Card. §. 2. num. 20. *idem sentit. Gig.* d. tract. de penſ. q. 59. n. 10. *dum ibi tuetur, Cardinalem pensionarium non teneri contribuere ad Papalem decimam pro rata pensionis; idem quoque in* (113) *charita-*

tivo subsidio generali à Papa imposito, quod ab eo immunes sint Cardinales ratione suorum beneficiorum, latius probat Rom. conf. 493. incip. in casu, quo quæritur. *Ratio vero conclusionis illa est, quia probabilius etiã est, Cardinales* (114) *in materia præcipue pœnali, & revocatoria privilegiorum non comprehendi in generali constitutione Papæ, nisi de iis fiat specialis mentio*, ut singulariter concludit Jo. An. in c. un. de schismat. in 6. Idem Jo. An. in c. quia periculorum, de sent. excom. in 6. Barb. de præst. Card. quæst. 12. Col. 2. vers. primo faciunt. *Unde etiam* (115) *non comprehenduntur in regulis cancellariæ*, ut voluit Abb. c. 1. de excess. prælat. in princ. Barb. c. in nostra, col. 2. de rescript. late Anchar. cons. 295. & 297. & alii apud Gomez. in prooem. reg. cancell. quæst. 4. in princ. & vers. tertius casus, & reg. de infirm. quæst. 3. ubi Mandos. quæst. 2. Rebuff. in concord. rub. de colla. §. si quis vero, verbo, Cardinalatus, & est communis opinio test. Gig. d. quæst. 59. in fin. & Lanc. Conrad. d. cap. 2. §. 2. num. 8. *Pro quo etiam maxime facit, quod Cardinales* (116) *sunt pars corporis Papæ*, c. felicis, de pœn. in 6. & ibi not. Archid. & Jo. An. Host. in c. antiqua, de privileg. Jo. Monach.

Monach. d. c. 1. de schismat. in 6. & Jo. de Lign. in c. 2. de Cler. non resid. *& dicuntur* (117) *filii primi gradus*, Jo. An. & Imol. d. c. felicis, *& Cardinales à summo Pontifice vocantur* (118) *filii, sicut Episcopi vocantur fratres*, c. Raynaldus de testam. & c. quam gravi; de crim. fals. cum utrobique not. per Doct. *tributa* (119) *vero, & collectæ à filiis non exiguntur juxta illud Domini Matth. 17.* Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an ab alienis? *& cum respondisset Petrus*, ab alienis; *subjecit Dominus* ergo liberi sunt filii: *faciunt & alia, de per Rom. & Gig.* loc. cit. *quæ conclusio, quamvis probabilis sit, & satis ni fallor roborata; dubia tamen redditur per ea, quæ voluit Fel.* in c. cum in jureperitus, de off. de leg. c. ad aures, vers. octava conclusio, de rescript. & c. quod super his, colum. 3. defin. instrum. *Quibus locis tradit, Cardinales quoq;* (120) *sub generali constitutione comprehendi, quod & alii voluerunt, quos recensent Mandos. & Gomez.* ubi supra, *& ubi versatur publica utilitas & favor, tradiderunt Rebuff.* d. §. si quis vero, verb. Cardinalatus, *Gomez.* d. q. 4. in proœm, Reg. & Reg. de infirm. quæst. 3. *aliique quos refert, & sequitur Bellenz.* d.

tract. de subsid. charit, quæst, 66. fere per totum, *ubi contra Rom.* in cons. alleg. *probare contendit*, (121) *ipsos quoque S.R.E. Cardinales teneri contribuere ad præstationem generalis subsidii quibuscunque beneficiatis per Papam impositi pro expeditione contra infideles, ea potissimum ratione, quia nullus major* (122) *favor est, quam fidei*, c. Judæi 28. q. 1. c. 2. de controvers. infid. cum simil. per eum alleg. *dispositio autem favorabilis comprehendit* (123) *etiam Cardinales*, ut præter eos, quos ipse adducit, voluit etiam Gomez. d. q. 4. in fin. *Cui tamen rationi facile satisfieri potest: etenim admittendo priorem propositionem, distinguimus posteriorem; Nam favorabilis constitutio quamvis generalis comprehendit etiam Cardinales, ubi vel immediatè agitur de eorum favore*, prout loquitur Com. & alii, *vel directe de favore fidei, cultu divino, aut animarum salute*, prout loquuntur Doct. per Bellenz. allegati. *In casu autem nostro, quamvis decima, aut generale subsidium, imponatur, propter publicam utilitatem, ad propulsandos hostes fidei, tamen neq; certa est pro Christianis victoria, neque ex ea necessario, & immediate sequitur augmentum divini cultus, aut salus animarum.*

marum. Non negaverim tamen, quin, si in hujusmodi impositione appositæ fuerint generales illæ clausulæ, cujuscunq; status, præeminentiæ, gradus vel dignitatis existant, *comprehendantur etiam Cardinales, per eas enim illos quoque* (124) *contineri decretum fuit* in Rot. teste Gomez. d. quæst. 4. vers. quantum vero ad Cardinales, & q. 5. in fin. *Sed quicquid sit, hodie semper à summis Pontificibus in hujusmodi impositionibus decimarum* (125) *eximuntur Cardinales, ea expressa ratione adjecta, ob assiduos, magnosque labores, quos ipsi ecclesiæ universale impendunt, & gravissima, quæ tuendæ dignitatis causa sustinent, onera, prout ego vidi in bullis decimarum tam olim à felic. record. Gregor. XIII. quam etiam nuper à S. D. N. Clemente VIII. pro expeditione belli contra Turcas universo Italiæ Clero impositarum. Atque hæc de hac conclusione nimis forsan prolixe dicta sint.*

Sexta Conclusio. *Collectores, vel alii officiales* (126) *deputati ad colligendas seu exigendas decimas in certo loco, si ibi sunt beneficiati, sunt exemti ab earum solutione;* ita de charitativo subsidio voluerunt Bell. d. tractat. de charitat. subsid. quæst. 54. quem etiam sequitur Remig. in simil. tract. q. 50.

 quod

quod idem erit de decima Papali, ad quam à charitativo subsidio (127) *arguit* Bellenz. d. tract. tum q. 37. n. 25. tùm aliis frequenter & Remig. eod. tr. q. 37. n. 25. *Ratio autem conclusionis est, quoniam decima hæc* (128) *munus, seu onus extraordinarium est; ad hoc enim ut munus* (129) *ordinarium sit, non solum requiritur, quod imponatur à lege, vel canone*, l. 1. ubi gloss. Bart. & ceteri, C. de vacat. mun. publ. lib. 10. *Sed etiam requiritur, quod habeat certam annuam, & regularem præstationem*, secundum Guliel. de Cun. in l. neminem, C. de sacros. eccles. Cyn. in l. voluntarie. q. 1. C. de excus. tut. Bart. l. placet. n. 13. C. de sacros. eccles. & l. 1. colum. fin. C. de mulier. & in quo loco, &c. lib. 10. *quod non est in præstatione decimæ, aut charitativi subsidii, quæ non est annua, nec semper uniformis, sed juxta indigentiam, & contingentem necessitatem. Ex quibus, & aliis concludit Bellenz.* d. tract. quæst. 32. *charitativum subsidium onus esse, seu munus extraordinarium, ubi etiam pluribus ostendit,* (130) *simpliciter exemptum, exemptum intelligi muneribus saltem extraordinariis; atque ideo regulariter non posse ab exempto exigi charitativum subsidium. At vero collectores, & alii officiales* (131) *sunt immunes à solutio-*

lutione extraordinarii oneris, ut voluit gloss. in l. honorem, ff. de muner. & hon. Bart. l. 1. C. de immun. nem. conced. lib. 10. per d. l. honorem, & l. in honoribus, §. fin. ff. de vacat. excus. mun. *Neque obstat* d. l. 1. *ubi nemo excusatur*, *&* l. actores, C. de exact. tribut. libr. 10. *ubi exactores tributorum tenentur ad tributa, respondet enim Bart.* d. l. 1. *Bellen, & Remig.* loc. cit. *eas intelligendas esse de oneribus ordinariis.*

Septima Conclusio. *Ubi Papa, seu Camera Apostolica* (132) *convenit cum Clero certa diœcesis, quod ille Clerus solvat sibi nomine decimæ imposita certam summam, si deinde Papa eximit aliquem, vel aliquos beneficiatos, tenetur adhuc reliquus Clerus solvere integram summam conventam. Ita in specie voluit Bellen.* d. tract. qu. 59. *quam totam quæst. refert ad verbum, nec dissentit Remig. de Gon.* in simil. tract. quæst. 51. *Probatur autem per ea, quæ not. Bart. post Jacob. de Aren.* in l. ab omnibus, in princ. per illum tex. d. l. 1. *quem sequitur Anchar.* in clem. præsenti de cens. *ubi dicunt, quod stante statuto obligante Comitatenses ad solvendum salarium potestati, postea eximitur aliqua villa, ceteri adhuc tenebantur ad inte-*

grum salarium; facit & text. ubi id. not. gloss. & Bart. d. l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. *ubi habetur, quod exactores onerum ad ipsa tenentur, ne ipsis astantibus ceteri onerentur; sed latius, & clarius id prosequitur* in l. 2. ad fin. C. de apoch. publ. *& ibi Alex.* in addit. *optime etiam facit, quod scripsit Card.* d. clemen. præsenti in fin. *ubi dicit*, quod si collectæ debentur ab universitate alicui tanquam superiori, si jure superioritatis eximit aliquos à solutione, sicut est Papæ, hoc casu exemtio (133) singulorum non prodest universitati; *& affert exemplum in procuratione legati:* idem quoque aperte sentiunt Abb. in c. accedentes, num. 8. & Fel. num. 7. & 8. de præscript. post Bald. in cap. 2. requiris, in fin. de app. latius pertractantes, & distinguentes hanc materiam; de qua etiam agunt Boich. cap. pastoralis, de privil. Anchar. cons. 10. 243. & 406. Specul. tit. de cens. §. 2. vers. quid si nimis, Doct. d. l. ab omnibus, & l. 4. §. actor, ff. de re jud. inter modernos Petr. Surd. consil 140. volum. 1. & 278. volum. 2. & nuperrime Rolan. cavag. ad decret. Montuf. lib. 2. §. 1. quæst. 10. quos post absolutam hanc quæstionem vidi. *Sed quid si multi eximantur, ita ut alii nimirum graven-*

graventur? *Respondet Abb.* in c. accedentes, num. 8. de privil. *loquens in casu procurationum, modicam læsionem ferendam esse*, l. quoties, C. de prec. Imper. offer. & not. in c. rescripta, 25, quæst. 2. *& etiam magnam, ubi clarè constaret de intentione Papæ* ut in c. memoriam, 19. distinct. *sed in dubio Princeps præsumitur hoc non velle*, l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. c. super eo, de off. deleg. *melius* in c. suggestum, & c. dilecti. de decim. *Quo casu inquit Card.* d. c. accedentes, *quod reliquus Clerus* (134) *potest resistere, ne solvat totam procurationem, & appellare expressa in appellatione hac causa, quia enormiter ex hoc gravantur, & debebit Princeps hoc viso privilegia illa revocare, tanquam tendentia ad noxam* d. c. suggestum, *vel procurationem minuere.* *Ipse vero Abb.* d. c. accedentes, num. 9. *distinguit, quod si privilegia fuerunt concessa ad instantiam, tunc excipietur, quod emanaverunt per ambitionem, vel importunitatem impetrantium, quoniam si Papa scivisset, quod aliæ præcessissent, nunquam concessisset*, arg. l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. *& si hæc exceptio non admittatur, poterit appellari* argum. cap. super eo, de off. deleg. *Quod si privilegia fuerint concessa*

proprio motu Principis; tunc, inquit Abb. non video super quo fundari possit appellatio, cum contra Principis dispositionem non sit licitum appellare, sed si nimium gravat, debet implorari remedium à Principe, cujus est decernere de suis privilegiis, ut not. d. c. suggestum, & c. cum venissent, de judic. *Quæ distinctio quamvis non placeat Bellen.* d. qu. 59. num. 4. *& mordeatur etiam à Fel.* d. cap. accedente, num. 8. in fin. *quoniam inquiunt, motus proprius* (135) *non tollit defectum intentionis Papæ*, ut sentit Jo. An. in c. si motu proprio, de proba. in 6. Host. c. causam, il. 1. de testi, Rot. decis. 6. de præbend. in no. Bell. decis. 392. & alii passim; *mihi tamen sustineri posse videtur, tum quod negari non potest ex motu proprio tolli omnem subreptionem, colligique aperte mentem Principis, à qua non est in dubio recedendum & gratiam vivificari*, ut optime probat Gassad. decis. 1. à num. 3 ad fin. sub tit. de rescript. Rot. decis. 29. n. 6. & 8. de præbend. in no. & multos alios effectus salutares producit, de quibus Doct. d. c. si motu proprio, & Rom. consil 327. incip. istæ sunt rationes. Staphil. de lit. grat. & just. tit. de vi & eff. claus. vers. consequenter, & multis seqq. Ant. Gabr. com. conclus. lib. 5. tit.

tit. de clauſ. concluſ.2. & Menoch. tractat. de præſumpt. lib.2. præſumpt. 13. nu.9. & ſeqq. *tum quod ex verbis Abbat. apparet, non conſtitui ab eo differentiam illam, quod ſi privilegia conceſſa ſint motu proprio, non appelletur; ſi ad inſtantiam, ſic; Imo in hoc caſu vult prius excipi de ambitione, importunitate, & ſubreptione, quod nimirum impetrantes tacuerint, aut de compoſitione facta, aut, quod aliis ſimilis gratia facta ſit, quæ poſſent Principem retardare à conceſſione*, juxta opt. text. in c. poſtulaſti, & c. ſuper literis, cum ibi not. per gloſſ. & Doct. maxime Fel. num. 8. de reſcript. *quod ſi non admittatur hac exceptio, tunc inquit Abb. poſſe appellari, quod non poterit, ubi per motum proprium exemit aliquos, nam in dubio ſtandum erit verbis Principis, poterit tamen ad eum ſupplicari*, quod tandem admittit & monet ipſe Fel. d. c. accedentes num. 8. *multo vero magis ſtandum erit privilegio, ubi adſit clauſula* ex certa ſcientia, *hac etiam viam præcludit* (136) *ulteriori cognitioni, & facit præſumere, quod Papa voluerit uti plenitudinis poteſtate*, ut latè oſtendit Staphil. de vi & effect. clauſ. verſ. ſubſequenter, n. 6. & ſeqq. Ant. Gabr. com. concl. 1. *Illud ergo certum ſit ex ſupradictis,* quod

tivo subsidio generali à Papa imposito, quod ab eo immunes sint Cardinales ratione suorum beneficiorum, latius probat Rom. conf. 493. incip. in casu, quo quæritur. *Ratio vero conclusionis illa est, quia probabilius etiã est, Cardinales* (114) *in materia præcipue pœnali, & revocatoria privilegiorum non comprehendi in generali constitutione Papæ, nisi de iis fiat specialis mentio*, ut singulariter concludit Jo. An. in c. un. de schismat. in 6. Idem Jo. An. in c. quia periculorum, de sent. excom. in 6. Barb. de præst. Card. quæst. 12. Col. 2. vers. primo faciunt. *Unde etiam* (115) *non comprehenduntur in regulis cancellariæ*, ut voluit Abb. c. 1. de excess. prælat. in princ. Barb. c. in nostra, col. 2. de rescript. late Anchar. conf. 295. & 297. & alii apud Gomez, in procem. reg. cancell. quæst. 4. in princ. & vers. tertius casus, & reg. de infirm. quæst. 3. ubi Mandos. quæst. 2. Rebuff. in concord. rub. de colla. §. si quis vero, verbo, Cardinalatus, & est communis opinio test. Gig. d. quæst. 59. in fin. & Lanc. Conrad. d. cap. 2. §. 2. num. 8. *Pro quo etiam maxime facit, quod Cardinales* (116) *sunt pars corporis Papæ*, c. felicis, de pœn. in 6. & ibi not. Archid. & Jo. An. Host. in c. antiqua, de privileg. Jo. Monach.

Monach, d, c, 1. de schismat. in 6. & Jo. de Lign. in c. 2. de Cler. non resid. *& dicuntur* (117) *filii primigradus*, Jo. An. & Imol. d. c. felicis, *& Cardinales à summo Pontifice vocantur* (118) *filii, sicut Episcopi vocantur fratres*, c. Raynaldus de testam. & c. quam gravi; de crim. fals. cum utrobique not. per Doct. *tributa* (119) *vero, & collectæ à filiis non exiguntur juxta illud Domini Matth. 17.* Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filiis suis, an ab alienis? *& cum respondisset Petrus*, ab alienis; *subjecit Dominus* ergo liberi sunt filii: *faciunt & alia, de per Rom. & Gig.* loc. cit. *quæ conclusio, quamvis probabilis sit, & satis ni fallor roborata; dubia tamen redditur per ea, quæ voluit Fel.* in c. cum in jureperitus, de off. de leg. c. ad aures, vers. octava conclusio, de rescript. & c. quod super his, colum. 3. de fin. instrum. *Quibus locis tradit, Cardinales quoq;* (120) *sub generali constitutione comprehendi, quod & alii voluerunt, quos recensent Mandos. & Gomez.* ubi supra, *& ubi versatur publica utilitas & favor, tradiderunt Rebuff.* d. §. si quis vero, verb. Cardinalatus, *Gomez.* d. q. 4. in proæm, Reg. & Reg. de infirm. quæst. 3. *aliique quos refert, & sequitur Bellenz.* d.

tract. de subsid. charit, quæst, 66. fere per totum, *ubi contra Rom.* in conf. alleg. *probare contendit*, (121) *ipsos quoque S.R.E. Cardinales teneri contribuere ad præstationem generalis subsidii quibuscunque beneficiatis per Papam impositi pro expeditione contra infideles, ea potissimum ratione, quia nullus major* (122) *favor est, quam fidei,* c. Judæi 28. q. 1. c. 2. de controvers. infid. cum simil. per eum alleg. *dispositio autem favorabilis comprehendit* (123) *etiam Cardinales*, ut præter eos, quos ipse adducit, voluit etiam Gomez. d. q. 4. in fin. *Cui tamen rationi facile satisfieri potest: etenim admittendo priorem propositionem, distinguimus posteriorem; Nam favorabilis constitutio quamvis generalis comprehendit etiam Cardinales, ubi vel immediatè agitur de eorum favore*, prout loquitur Com. & alii, *vel directe de favore fidei, cultu divino, aut animarum salute*, prout loquuntur Doct. per Bellenz. allegati. *In casu autem nostro, quamvis decima, aut generale subsidium, imponatur, propter publicam utilitatem, ad propulsandos hostes fidei, tamen neq; certa est pro Christianis victoria, neque ex ea necessario, & immediate sequitur augmentum divini cultus, aut salus animarum.*

marum. Non negaverim tamen, quin, si in hujusmodi impositione apposita fuerint generales illæ clausulæ, cujuscunq; status, præeminentiæ, gradus vel dignitatis existant, *comprehendantur etiam Cardinales, per eas enim illos quoque* (124) *contineri decretum fuit* in Rot. teste Gomez. d. quæst. 4. vers. quantum vero ad Cardinales, & q. 5. in fin. *Sed quicquid sit, hodie semper à summis Pontificibus in hujusmodi impositionibus decimarum* (125) *eximuntur Cardinales, ea expressa ratione adjecta, ob assiduos, magnosque labores, quos ipsi ecclesiæ universale impendunt, & gravissima, quæ tuendæ dignitatis causa sustinent, onera, prout ego vidi in bullis decimarum tam olim à felic. record. Gregor. XIII. quam etiam nuper à S. D. N. Clemente VIII. pro expeditione belli contra Turcas universo Italiæ Clero impositarum. Atque hæc de hac conclusione nimis forsan prolixe dicta sint.*

Sexta Conclusio. *Collectores, vel alii officiales* (126) *deputati ad colligendas seu exigendas decimas in certo loco, si ibi sunt beneficiati, sunt exemti ab earum solutione;* ita de charitativo subsidio voluerunt Bell. d. tractat. de charitat. subsid. quæst. 54. quem etiam sequitur Remig. in simil. tract. q. 50.

quod idem erit de decima Papali, ad quam à charitativo subsidio (127) *arguit* Bellenz. d. tract. tum q. 37. n. 25. tùm aliis frequenter & Remig. eod. tr. q. 37. n. 25. *Ratio autem conclusionis est, quoniam decima hæc* (128) *munus, seu onus extraordinarium est; ad hoc enim ut munus* (129) *ordinarium sit, non solum requiritur, quod imponatur à lege, vel canone*, l. 1. ubi gloss. Bart. & ceteri, C. de vacat. mun. publ. lib. 10. *Sed etiam requiritur, quod habeat certam annuam, & regularem præstationem*, secundum Guliel. de Cun. in l. neminem, C. de sacros. eccles. Cyn. in l. voluntarie. q. 1. C. de excus. tut. Bart. l. placet. n. 13. C. de sacros. eccles. & l. 1. colum. fin. C. de mulier. & in quo loco, &c. lib. 10. *quod non est in præstatione decimæ, aut charitativi subsidii, quæ non est annua, nec semper uniformis, sed juxta indigentiam, & contingentem necessitatem. Ex quibus, & aliis concludit Bellenz.* d. tract. quæst. 32. *charitativum subsidium onus esse, seu munus extraordinarium, ubi etiam pluribus ostendit,* (130) *simpliciter exemptum, exemptum intelligi muneribus saltem extraordinariis; atque ideo regulariter non posse ab exempto exigi charitativum subsidium. At vero collectores, & alii officiales* (131) *sunt immunes à solutio-*

lutione extraordinarii oneris, ut voluit gloff. in l. honorem, ff. de muner. & hon. Bart. l. 1. C. de immun. nem. conced. lib. 10. per d. l. honorem, & l. in honoribus, §. fin. ff. de vacat. excuſ. mun. *Neque obſtat* d. l. 1. *ubi nemo excuſatur*, *&* l. actores, C. de exact. tribut. libr. 10. *ubi exactores tributorum tenentur ad tributa, reſpondet enim Bart.* d. l. 1. *Bellen. & Remig.* loc. cit. *eas intelligendas eſſe de oneribus ordinariis.*

Septima Conclusio. *Ubi Papa, ſeu Camera Apoſtolica* (132) *convenit cum Clero certæ diœceſis, quod ille Clerus ſolvat ſibi nomine decimæ impoſitæ certam ſummam, ſi deinde Papa eximit aliquem, vel aliquos beneficiatos, tenetur adhuc reliquus Clerus ſolvere integram ſummam conventam. Ita in ſpecie voluit Bellen.* d. tract. qu. 59. *quam totam quæſt. refert ad verbum, nec diſſentit Remig. de Gon.* in ſimil. tract. quæſt. 51. *Probatur autem per ea, quæ not. Bart. poſt Jacob. de Aren.* in l. ab omnibus, in princ. per illum tex. d. l. 1. *quem ſequitur Anchar.* in clem. præſenti de cenſ. *ubi dicunt, quod ſtante ſtatuto obligante Comitatenſes ad ſolvendum ſalarium poteſtati, poſtea eximitur aliqua villa, ceteri adhuc tenebantur ad inte-*

grum salarium; facit & text. ubi id. not. gloss. & Bart. d. l. actores, C. de exact. tribut. lib. 10. *ubi habetur, quod exactores onerum ad ipsa tenentur, ne ipsis astantibus ceteri onerentur; sed latius, & clarius id prosequitur* in l. 2. ad fin. C. de apoch. publ. *& ibi Alex.* in addit. *optime etiam facit, quod scripsit Card.* d. clemen. præsenti in fin. *ubi dicit*, quod si collectæ debentur ab universitate alicui tanquam superiori, si jure superioritatis eximit aliquos à solutione, sicut est Papæ, hoc casu exemtio (133) singulorum non prodest universitati; *& affert exemplum in procuratione legati:* idem quoque aperte sentiunt Abb. in c. accedentes, num. 8. & Fel. num. 7. & 8. de præscript. post Bald. in cap. 2. requiris, in fin. de app. latius pertractantes, & distinguentes hanc materiam; de qua etiam agunt Boich. cap. pastoralis, de privil. Anchar. cons. 10. 243. & 406. Specul. tit. de cens. §. 2. vers. quid si nimis, Doct. d. l. ab omnibus, & l. 4. §. actor, ff. de re jud. inter modernos Petr. Surd. consil 140. volum. 1. & 278 volum. 2. & nuperrime Rolan. cavag. ad decret. Montuf. lib. 2. §. 1. quæst. 10. quos post absolutam hanc quæstionem vidi. *Sed quid si multi eximantur, ita ut alii nimirum graven-*

graventur? *Respondet Abb.* in c. accedentes, num. 8. de privil. *loquens in casu procurationum, modicam læsionem ferendam esse*, l. quoties, C. de prec. Imper. offer. & not. in c. rescripta, 25, quæst. 2. *& etiam magnam, ubi clarè constaret de intentione Papæ* ut in c. memoriam, 19. distinct. *sed in dubio Princeps præsumitur hoc non velle*, l. ex facto, ff. de vulg. & pupill. c. super eo, de off. deleg. *melius* in c. suggestum, & c. dilecti, de decim. *Quo casu inquit Card.* d. c. accedentes, *quod reliquus Clerus* (134) *potest resistere, ne solvat totam procurationem, & appellare expressa in appellatione hac causa, quia enormiter ex hoc gravantur, & debebit Princeps hoc viso privilegia illa revocare, tanquam tendentia ad noxam* d. c. suggestum, *vel procurationem minuere. Ipse vero Abb.* d. c. accedentes, num. 9. *distinguit, quod si privilegia fuerunt concessa ad instantiam, tunc excipietur, quod emanaverunt per ambitionem, vel importunitatem impetrantium, quoniam si Papa scivisset, quod alia praecessissent, nunquam concessisset*, arg. l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. *& si hac exceptio non admittatur, poterit appellari* argum. cap. super eo, de off. deleg. *Quod si privilegia fuerint concessa*

proprio motu Principis; *tunc, inquit Abb. non video super quo fundari possit appellatio, cum contra Principis dispositionem non sit licitum appellare, sed si nimium gravat, debet implorari remedium à Principe, cujus est decernere de suis privilegiis*, ut not. d. c. suggestum, & c. cum venissent, de judic. *Quæ distinctio quamvis non placeat Bellen.* d. qu. 59. num. 4. *& mordeatur etiam à Fel.* d. cap. accedente, num. 8. in fin. *quoniam inquiunt, motus proprius* (135) *non tollit defectum intentionis Papæ*, ut sentit Jo. An. in c. si motu proprio, de proba. in 6. Host. c. causam, il. 1. de testi, Rot. decis. 6. de præbend. in no. Bell. decis. 392. & alii passim; *mihi tamen sustineri posse videtur, tum quod negari non potest ex motu proprio tolli omnem subreptionem, colligique aperte mentem Principis, à qua non est in dubio recedendum & gratiam vivificari*, ut optime probat Gassad. decis. 1. à num. 3 ad fin. sub tit. de rescript. Rot. decis. 29. n. 6. & 8. de præbend. in no. & multos alios effectus salutares producit, de quibus Doct. d. c. si motu proprio, & Rom. consil 327. incip. istæ sunt rationes. Staphil. de lit. grat. & just. tit. de vi & eff. clauf. vers. consequenter, & multis seqq. Ant. Gabr. com. conclus. lib. 5.

tit.

tit. de clauſ. concluſ. 2. & Menoch. tractat. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 13. nu. 9. & ſeqq. *tum quod ex verbis Abbat. apparet, non conſtitui ab eo differentiam illam, quod ſi privilegia conceſſa ſint motu proprio, non appelletur; ſi ad inſtantiam, ſic; Imo in hoc caſu vult prius excipi de ambitione, importunitate, & ſubreptione, quod nimirum impetrantes tacuerint, aut de compoſitione facta, aut, quod aliis ſimilis gratia facta ſit, quæ poſſent Principem retardare à conceſſione*, juxta opt. text. in c. poſtulaſti, & c. ſuper literis, cum ibi not. per gloſſ. & Doct. maxime Fel. num. 8. de reſcript. *quod ſi non admittatur hæc exceptio, tunc inquit Abb. poſſe appellari, quod non poterit, ubi per motum proprium exemit aliquos, nam in dubio ſtandum erit verbis Principis, poterit tamen ad eum ſupplicari*, quod tandem admittit & monet ipſe Fel. d. c. accedentes num. 8. *multo vero magis ſtandum erit privilegio, ubi adſit clauſula* ex certa ſcientia, *hæc etiam viam præcludit* (136) *ulteriori cognitioni, & facit præſumere, quod Papa voluerit uti plenitudinis poteſtate*, ut latè oſtendit Staphil. de vi & effect. clauſ. verſ. ſubſequenter, n. 6. & ſeqq. Ant. Gabr. com. concl. 1. *Illud ergo certum ſit ex ſupradictis,* quod

quod si Papa conventionem cum clero factam, de certa summa aliquos eximat à decima, tenentur reliqui, nisi nimium inde graventur solvere portionem exemtorum; quod si nimium graventur solvere portionem exemtorũ; quod si nimium graventur, servanda erit distinctio Abb. superius opposita. Idemque puto, etiamsi aliquis exemisset ante conventionem, licet Bal. in l. etiam, colum. ult. C. de execut. rei jud. *velit, tunc solum onus spectare in solidum ad alios, quando ante conventionem sunt exemti; quod idem tenere videntur alii, quibus optimè satisfacit Bellen.* loc. c. *vel enim loquuntur de onere, quod solvitur ex conventione alteri privato, aut ex consuetudine;* quod & latius prosequitur distinguendo Abb. d. c. accedentes, n. 8. de præscript. & c. pervenit, num. 16. & seqq. de immun. eccles. *quando autem facta est d. compositio, seu conventio, qualiter (137) debeant illi, qui composuerunt inter se onus decimæ inter se composita dividere, decidi potest* ex not. per part. d. l. 4. §. actor: ff. de re jud. Bald. d. l. etiam, colum. ult. & fin. C. de execut. rei jud. & in Auth. defuncto. C. ad Tertullian. gloss. in c. cupientes. §. ad hæc, verbo, discreta, de elect. in 6. nos de hoc aliquid dicemus quæst. seq.

concl.

conclus.2. *Interim vero illud prætermittendum non est, posse Episcopum una cum Clero* (138) *aliquos eximere ex Clero à decima Papali ad sui ipsius, non autem Cameræ Apostolicæ præjudicium, ut colligitur ex* Card. d. clem. præsenti de censl. *& latius prosequitur Bellen*. d. tract. quæst. 60. *ubi tamen vult, quod id fiat ex causa, quod etiam liquet ex iis, quæ tradit idem Bellen*. d. tract. quæst. 47. *& Spec*. d. tit. de cens. §. nunc dicendum, vers. quid si universitas. *Pro complemento hujus quæstionis videri possent nonnulla. Primo*, (139) *An excommunicatus; Secundo, an intrusus, nullumque habens jus in beneficio; Tertio*, (140) *an successor in beneficio, vel præcessor, ejusve heredes teneantur ad subsidium seu decimam Papalem? Verum ne longum faciam, remitto te ad ea, quæ in materia charitativi subsidii de excommunicato tradiderunt* Bellenz. de tract. de charit. subsid. quæst. 33. Remig. de Gonn. quæst. 40. de intruso, seu etiam de eo, qui sine culpa non possidet. Bellenz. q. 34. Remig: quæst. 41. & 42. de successore. Bellenz. q. 51. Remig. quæst. 43. *ubi id late & optime expediunt.*

Quæro Quinto. De modo servando in solutione decimarum Papalium.

PRIMA CONCLUSIO. *Regulariter non potest* (141) *collector decimarum componere cum iis, qui solvere debent, de aliqua certa summa, nisi hoc specialiter sit ei demandatum*; ita habetur in cit. extravag. un. Bon. VIII. quam nemo ad hoc allegavit, de dec. ad fin. vers. illi quoque, inter commun. in haec verba, Illi quoque, qui dubitati fuerant ad collectionem decimae cum eis, qui debent solvere decimam, de aliqua certa summa solvenda, pro decima nequeunt convenire. Idem not. Bellenz. de tract. de chari. subsid. quaest. 48. num. 8. Remig. quaest. 49. num. 2. *Quod tamen declaratur primo, nisi etiam haberet* (142) *generale mandatum cum libera*, ut ibid. Bellenz. & Remig. adnotarunt per text. in c. qui ad agendum, in fi. de procur. in 6. & l. mandato generi, ff. de procur. cui ego addo text. sing. in l. procurator cui, ff. eod. *Declaratur secundo, nisi haberet* (143) *generale mandatum ad exigendum ubicunque locorum, vel saltem alicujus magnae provinciae, eaque compositio tendere ad commodum Papae, seu Camerae.* Illa Bellenz. d. num. 8. per text. in l. nam & nocere. ff. de pact. & l. cum hi §. eam transactionem, ff. de transact. l. non eo minus, C. de transact. gl. in

in c. 1. verbo, vacante, ne sed vac. facit & text. in l. ſolutum, §. cum leg. ſequenti, quæ incipit vel univerſorum, ff. de pign. act. l. jusjurandum, quod ex conventione, §. fin. ff. de jurejur. & in l. ædiles, la. 1. §. procuratoris. ff. de ædil. edict. *Quod idem fortius* (144) *dicendum eſſet in Camerario Papæ, qui eſt Præpoſitus, & quaſi adminiſtrator bonorum Papalium temporalium*, ut ibid. tradit Bell. per opt. text. in l. 1. in princ. ff. de off. procur. Cæſar. *Princeps vero ſecularis, cui per Papam ad tempus conceſſæ fuerunt decimæ beneficiorum ſui dominii*, juxta text. in clem. fin. & ibi gloſſ. & Doctor. de decim. *licite poteſt* (145) *componere ſuper decima cum beneficiatis*; ita Bellenz. d. quæſt. 48. num. 10. quod etiam ante eum docuit Paul. de clem. fin. & ibi Card. quæſt. 5.

Secunda Conclusio. *Quoad diſtributionem oneris decimæ inter beneficiatos non exemtos mihi videtur* (146) *ita diſtinguendum; aut enim impoſita fuit decima, ſeu plures decimæ ſuper vero valore beneficiorum non obſtante quacunque taxa; aut ſumus in caſu, quo taxa; aut ſumus in caſu, quo taxa ſervanda eſt* juxta ea, quæ dicemus in ſequent. concluſione. *Primo caſu, ſi quidem*

dem (147) *nulla compositio super inde fiat cum Camera Apostolica, singuli tot decimas solvere debebunt Collectori de vero valore reddituum suorum beneficiorum, quot imposita fuerunt; solventium tamen decimam, electioni, seu arbitrio committetur, utrum ipsam velint solvere per totum tempus, quo durabit decima pro rata proventuum, quos singulis annis dicti temporis ipsos percipere contigerit, an per ipsum tempus pro rata communis æstimationis proventuum eorundem; sed una via electa non licebit alicui variare ad aliam recurrendo; fietque & redigetur per Collectores in scriptis electio hujusmodi expresse in prima solutione decimæ supradictæ; alioquin juxta æstimationem communem per totum tempus solvere tenebuntur; Illi autem qui elegerint solvere decimam, pro rata eorum, quæ perceperint annuatim, vendere debent proventus beneficiorum suorum, quæ personalem residentiam non requirunt, & solvent decimam pro solo pretio, quod receperint de eisdem, dum tamen in fraudem decimæ nihil agatur: Quæ quidem moderatio, ac declaratio ad verbum habetur* in d. extrav. unic. circa princip. verf. solventium decimam, cum sequenti, qui incipit, Declaramus

ramus autem. *Rursus, si compositio aliqua facta est cum Camera in certa summa, ad ratam veri valoris cujusque beneficii in singulos eadem summa erit distribuenda. Secundo verò casu, ubi servanda sit aliqua taxa, & adsit similis compositio, tunc sive ea praescripta sit, sive non, dummodo sit rationabilis, in singulos quoque beneficiatos ad ratam ejus, quod in taxa descriptum est, summa conventa dividenda erit, prout nuperrime factum est in compositione diœcesis Mediolanensis super decima imposita per S D. N. Clem. VIII. Si autem nulla adsit compositio, solvere quisq; debebit decimas impositas, juxta legitimam, consuetam, & praescriptam taxam, cum tunc agatur de praejudicio Camerae Apostolicae, de qua taxa latius dicam* in 4. concluſ. *Quod verò regulariter* (148) *ad ratam beneficii solvi debeat decima, probatur ex l.* reſcripto, ff. de muner. & honor. *ex qua not. Bart.* in l. 4. §. actor. num. 4. ff. de re jud. *in dubio collectam imponi pro juribus patrimonii; quod idem not. Bald. ad id allegans alia jura* in l. etiam, colum. pen. & fin. C. de execut. rei judic. *Est autem decima Papalis onus mere patrimoniale, ut tradit Bart.* in l. placet, num. 11. C. de ſacroſ. eccleſ. *faciunt & opt.*
 text.

text, in c. sopitæ, & c. cum instantia, de cens. *per quæ jura gloss. post alios* in c. cupientes, §. ad hæc, verbo, discreta, de elect. in 6. *distinguens de triplici genere expensarum; dicit, quod in expensis, quæ fiunt in causis vel negotiis, generaliter ad totam Ecclesiam pertinentibus, fit contributio secundum facultates, ut qui plus habet, plus solvat; pro quo etiam alia quædam similia adducit, quæ multum non urgent.*

TERTIA CONCLUSIO. *Decimæ Papalis solutio* (149) *fieri debet, non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de proventibus, puta vino, grano, &c. sed in pecunia numerata*; ita expressis verbis disponitur in d. extravag. unic. vers. fiet autem solutio, idque etiam adnotavit gloss. d. clem. fin. verbo monetam, & ibi alii, de decim. Bellenz. d. tract. de charit. subsid. quæst. 83. *Exhiberi autem non debebit decima, nisi in pecunia, quæ communiter* (150) *currat de mandato Domini terræ, & quæ est moneta in locis, in quibus consistit fructus, & redditus, unde decima persolvetur; neque aliqui cogi debent,* (151) *eam pecuniam cambire, seu permutare*; ita quoque decernitur in ead. extrav. vers. pro decima, & not. Doct. comuniter d. clem. fin. *Quid autē dicen-*

dicendum sit si dua moneta pariter (152) *currant in loco communiter, alterave magis; aut si post tempus taxationis, vel dati privilegii minoretur, aut alias mutetur, quomodo facienda sit solutio; & de aliis similibus quæstionibus, quoniam non ita necessaria, & quotidianæ sunt, remitto te ad not. per gloss. & Doct. maxime vero Card. Imol. & Anch.* de clem. fin. de decim. *Bellenz.* d. tract. quæst 84. 86. & 87, *& Doct. quos ii allegant, & Ant. Gabr.* com. conclus. libr. 3. tit. de solut. conclus. 1. & seqq.

Quarta Conclusio. *Quamvis nulla taxa* (153) *attendi debeat in solutione decimæ, ubi Papam eam imponit, & exigi expresse vult non attenta ulla taxa, etiam consueta, & legitime præscripta, tum quod decima hæc intelligitur habito respectu ad veram quantitatem fructuum,* ut inter ceteros docet Bellen. d. tract. quæst. 82. nu. 9. *tum propter plenam, & absolutam potestatem, quam habet summus Pontifex in beneficialibus,* de qua per text. & Doct. in c. 2. de præbend. in 6. Ant. Gabr. com. concl. libr. 3. tit. de jur. quæst. non toll. concl. 1. n. 9. latissime Petr. Cened. in Collect. ad jus can. collect. 21. num. 1. 3. par. *attamen,*

men, ubi simpliciter imponitur decima super beneficii, eorumve redditibus, & fructibus, tunc (154) *attendi potest, ac debet taxa beneficiorum consueta in partibus, ut habetur clem. fin.* de benef. *quæ licet vere loquatur solum in decimis beneficiorum, quæ aliis conceduntur, nihilominus Doctor. ibi communiter eam etiam intelligunt in decimis, quæ per Papam exiguntur. Imò id quoque aperte colligitur ex ipso text. dum dicit*, secundum taxationem decimæ in illis partibus consuetam, communiter illa decima levari poterit, & debebit; supponitur enim esse taxa aliqua in partibus, quæ servetur in exactione decimæ, quæ per summum Potificem exigitur; quod idem habetur in extravag. postulasti, de præbend. & dig. in commun, ibi, super fructibus beneficiorum, quæ ita reperies in solutione decimæ, juxta verum taxata valorem, &c. nec non in extrav. Jo. 22. quæ incipit suscepti, de elect. quæ fere ad verbum repetita est sub tit. ne sed. vac. & pariter incipit suscepti, in extravag. un. inter commun. vers. nos de illo, ibi, nihil exinde ultra summam, pro qua unum quodque beneficiorum ipsorum consuevit in decimæ

cimæ ſolutione taxari, &c. *Dicitur autem* (155) *hac taxa conſueta, quæ eſt legitime præſcripta per 40. annos, ut not. gloſſ.* d. clem. fin. in verbo conſuetam, quam ibi ſequuntur Doct. communiter, alia gloſſ. quam nemo allegavit *in d. extrav. ſucepti, verſ. nos de illo, in verb. conſuevit. ſub tit. ne ſed. vac. in commun. eandem ſententiam ſequitur communem eam dicens Bellenz.* d. tract. quæſt. 82. n. 8. & 13. *pro qua etiam eſt optimus text.* in c. cum de beneficio, de præbend. in 6. *ubi conſuetum dicitur, ubi legitima præſcriptio eſt completa; legitima autem præſcriptio* (156) *in rebus eccleſiaſticis eſt quadragenaria*, ut patet ex c. dilecto, & c. ult. de conſuet. c. cumana, de elect. c. cũ eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. & propr. juncto cap. de quarta, & c. ad aures, de præſcript. & ubique per Doct. *Et ratio etiam ejus ſententiæ eſſe poteſt, ſive quia conſuetudo hac ſit contra jus, quoniam de jure decima ſolvi debeat, habito reſpectu ad veram quantitatem fructuum, ac redditūum, ut dictum eſt; ideoque conſuetudo, quod ſtetur taxationi præciſe, non attento valore fructuum, & eorum quantitate, ſatis poſſit dici contra ius commune, atque adeo requiratur in ea tempus 40 annorum,* juxta text, cum ibi

not, per Doct. communiter in c. fin. de consuet. *sive quia hæc consuetudo, licet non sit contra jus, tamen tangat jus ecclesiarum, earumque bona, ideoque requiratur* (157) *spatium 40. annorum*, juxta sing. Rot. Roman. decis. quæ est 6. de consuet. in no. Innoc. in c. cum dilectus, ad fin. de consuet. & ibi Host. & Jo. An. cum aliis adductis per Bellenz. d. quæst. 82. num. 6. & latius per nos in tract. de Option. c. 2. quæst. 2. num. 9. *Quod vero agatur de præjudicio ecclesiarum patet: aut enim taxa excedit verum annuum valorem, prout contingere potest propter decrescentiam, ac diminutionem fructuum ex alluvione aliqua partis bonorum, aut simili casu; vel de hoc etiam dubitatur, & tunc agitur de præjudicio illarum singularum ecclesiarum: aut taxa non attingit verum annum valorem sed ab eo longe distat, quia valde excreverint fructus, quoniam ex alluvione pars bonorum, & fundi accesserit, similive de causa; & tunc agitur de præjudicio Cameræ Apostolicæ. Sed quia de modico* (158) *præjudicio Ecclesia Romana agitur, minusque principaliter, cum neque de perpetuo jure illius agatur, & ut plurimum ad opem Christianis Principibus ferendam imponatur; ideò*

non

non requiretur centenaria præscriptio, juxta ea, quæ latè tradit Didac. Covar. releᶜt. reg. Possessor, 2. part. §. 2. num. 6. de reg. jur. in 6. *cum alioqui contra Romanam ecclesiam centenaria præscriptio requiritur, cum de ejus juribus præscribendis agitur*, Auth. quas actiones, C. de sacrosanct. eccl. c. ad audientiam & c. cum nobis de præscript. cum ibi not. per Doct. *Illud ergo expeditum sit*, (159) *taxam nisi præscripta sit 40. neq; beneficiatis, neque Cameræ præjudicare; ubi vero taxatio non esset observata spatio 40 annorum dicunt, Doct.* *in illa clem. fin.* de decim. *quod collector non teneretur stare illi taxæ, sed posset exigere decimam, secundum verum valorem beneficiorum; quibus tandem accedit Bellenz.* d. qu. 82. num. 14. *ubi* num. 11. *idem jure optimo statuit in beneficiatis, quod neque ipsi illi taxæ teneantur stare, sed possint, si velint, solvere secundum verum valorem, ut æqualitas servetur*, c. 2. de mut. pet. & c. cum inter, de except. & tot. tit. ff. quod quisque jur. cum similib. idq; satis aperte tenet gloss. d. clem. fin. verbo, taxationem, de decim. quam sequitur inter alios Gig. tractat. de pension. q. 62. num. 13. *Difficultas vero non levis est, utrum unicus actus solutionis sufficiat, post*

quem transacti fuerint 40. anni, an vero plures requirantur? Et quidem Bellen. d.q.82. num.12.& duobus seqq. *aperte tenere videtur, quod non sufficiat unicus per tex.* in c. olim, de censi. *ubi inquit*, in solutione census non attenditur ultima præstatio, sed quod fuit observatum spatio 40. annorum; *quod etiam ex eo confirmari potest, quod consuetudo* (160) *regulariter per unicum actum non inducitur*, l.1. & 2. C. quæ sit long. consuet. cum aliis per nos adductis in d.tract. de Opt. cap.2.quæst.2. num.30. *& consuetum in pluribus juribus* (161) *verificari voluit* Roch. Curt. ad tit. de consuet. in præfat. nu.32. & 34. post. Bart. in l.1. C. quom. & quand. jud. & per tex. d.l. 1. & l.3. C. de Episc. aud. *Contrarium tamen* (162) *ego puto verius, tum per ea, quæ ipse Bellen. arguendo adducit, neq; solvit, nimirum per text.* in l. mella, §. sed si alimenta. ff. de alimen. & cib. leg. l. si mulier, in princ. ff. de relig. & sumpt. funer. *ubi in* (163) *solutione, aliisque in rebus attenditur, quod ultimo est observatum; & per id, quod not. Bal.* in l. binos, vers. sed ponamus, C. de advoc. advers. jud. *ubi ait*, quod si officiali promissum fuit salarium consuetum, & reperitur, quod vario modo præteritis tempori-

poribus fuit solutum, intelligitur promissio de salario, quod ultimo loco fuit solutum officiali; *tum quod quisque manutenendus est* (164) *in sua possessione*, c. consultationibus, de jure patr. & c. cum olim, de ca. possess. & propr. *& tunc* (165) *unicus actus praejudicat, per ea quae tradit Curt*, c. fin. sect. 4. nu. 79. 81 & 82. ex nuper impressis de consuet. *tum ex auctoritate Rot. Rom.* in decis. 44 de concess. praebend. alias 66. in antiq. & incip. nota, quod ubi beneficium. *ubi not. quod* (166) *si beneficium est semel taxatum per illos, qui potestatem taxandi habent, ex tali taxatione beneficium videtur taxatum, nisi aliquis actus interveniat contrarius taxationi; & posito quod per multos annos stetit, quod decima pro illo beneficio soluta non fuerit, nisi pro illa vice, pro qua fuerit taxatum, non ideo minus vires habet taxatio semel facta, quia si postea Papa non indiguit decimis, non propter hoc videtur remisisse, quin taxatio prius facta valeat*, arg. l. in filiis, C. de decur. lib. 10. *Haec sunt verba Rotae, ex quibus colligit Bellen.* loc. cit. *eam sentire, quemlibet actum ultimum taxationis intra 40. annos attendendum esse; sed ego potius eam intelligo de actu unico, post quem transacti deinde sint*

multi anni hoc est 44. absque ullo actu contrario, ne adversetur communi sententiæ. Quæ etiam tam Rotæ, quam nostra opinio contra Bellen. optime comprobatur ex text. in d. c. cum de beneficio, in primo respons. de præbend. in 6. *ubi inquit Bonif. VIII. cum de beneficio ecclesiastico consueto Clericis secularibus assignari, provideri mandatur, de illo debet* (167) *intelligi, quod tanto tempore ab uno vel pluribus secularibus Clericis institutis in eo rectoribus extitit continue, ac pacifice gubernatum, ut præscriptio legitima (hoc est 40. annorum*, ut ibi exponit gloss. Archid. & alii) *sit completa, per quem text. tum* ibi, *tum* in c. fi. de consuet. *not. Doct communiter, ex unico actu successivo* (168) *consuetudinem induci, quos etiam refert, & sequitur Curt.* d. sect. 4. num. 43. & 83. *Quomodo etiam solvuntur contraria, quæ procedunt aut in actu momentaneo, aut ubi postea non accesserit spatium 40. annorum, cum pacifica possessione, prout in casu nostro. Ceterum quoniam, ubi beneficium aliquod, vel etiam pleraque, aut omnia taxata non sint, taxatio* (169) *de novo facienda est, ut concludunt Doctores communiter* d. clem. fin. *quos etiam sequitur Bellen.* d. tract. de charit. subsid. qu. 80. in princip.

Ea

Ea fiet (170) *hoc modo; Ille enim ad quem spectat fructuum beneficii perceptio, ac decimæ solutio, jurebit, quantum valere possint fructus illius anni, & stabitur ejus juramento, nisi probari possit major valor reddituum, & postea fiet taxatio, & hoc casu juramentū præcedet taxationem, cum alioqui taxatio* (171) *præcedat juramentum*, c. super eo, de his, quæ vi, metusve ca. fi. Ita Guiliel. de monte Laud. quem ibi sequitur Imol. num. 9. Card. quæst. 1. & alii, *sive quia hic juret ut testis, d. autem c.* super eo, *ut principalis*, prout voluit Card. loc. cit. quem tamen refellit Bellenz. d. quæst. 80. num. 5. *sive quia communis est Doct. sententia, quod quando non est præstandum juramentum affectionis, sed veritatis, prout hic super veritate quantitatis fructuum annuorum, semper juramentum debet præcedere taxationem, quia alias detegeretur verecundia, & turpitudo jurantis, cujus juramento lex voluit stari, prout voluit gloss.* i c. 1. verbo docuerit de elect. in 6. *Bart.* Auth. hodie per illum textum, C. de jud. *cum aliis plerisque, quos refert, licet dissentire videatur Bellenz.* d. num. 5. *nisi velimus cum eodem Bellenz.* num. 6. *requirere, seu admittere duplicem taxationem, ita ut una*

una præcedat, altera sequatur juramentum, per ea, quæ latè deducit Bellam. decis. 721. quæ incipit, ad æstimationem injuriæ, contraria tamen servata ratione, *ut sicut ibi vult, à judice taxandam prius esse summam, citra quam juret offensus de damno; ita hic collector taxet summam verisimilem reddituum, deinde deferat beneficiato, ab eoque recipiat juramentum, quæ summam seu quantitas reddituum ultra illam percipiatur ex beneficio; post modum eam quantitatem ad certam pecuniæ summam redigat, eamque taxet pro solvenda decima. Ad prædictam autem taxationem* (172) *vocandi sunt omnes, quos taxatio tangit, ut optime adnotavit Bellenz.* d. tract. quæst. 81. *ubi etiam post Laud. Imol. & Card.* d. Clem. fin. quæst. 10. *infert, quod si duo sunt Prælati in aliqua ecclesia parochiali, ut Rector & Vicarius, qui ex antiqua ordinatione ecclesiæ colligit omnes fructus, de quibus annuatim solvuntur Rectori centum, residuum remanet vicario, ipse vero Rector debet solvere decimam pro tota ecclesia, fieri debet taxatio, cum eo, qui colligit fructus vocato eo, qui solvere debet decimam. Poterit autem collector* (173) *hujusmodi beneficia taxare, quæ non repetit taxata, absque speciali mandato.*

dato, ut late, & optime comprobat Bellen. d. tract. quæst. 85. per totum. *Atque hæc de hac conclusione.*

Quinta Conclusio. *Potest is, qui solvere debet decimam Papalem, objicere* (174) *exceptionem compensationis de eo, quod sibi debetur à Camera Apostolica; ita Bellenz.* d. tract. quæst. 53. per text. in l. idem juris & l. fin. ff. de compens. *ubi etiam Fisco* (175) *objicitur compensatio, dum tamen debitum sit ex eadem statione, non diversa, ad vitandam confusionem officiorum*, l. 1. ubi Bald. & ceteri, C. de compens. *debet autem de hujusmodi debito Cameræ fieri fides infra duos menses*, juxta l. aufertur, §. quia compensationem ff. de jur. fisc. & l. fin. juncta gloss. in ver. indaginem, C. de compensation. *nisi tamen judex breviorem terminum statueret ad probandum, quod facere posset*, ut post Bald. in ea C. de compensat. in his terminis tradit Bellenz. d. quæst. 53. n. 1.

Sexta Conclusio. *Decimæ solutio facienda est* (176) *sine ulla deductione æris alieni; ita expresse definitur* in alleg. extrav. un. vers. ratione autem, de decim. *in hæc verba;* ratione autem æris alieni, quo persona solvens decimam obligata consistit, nihil

hil de decima minuetur, etiamsi certæ res ecclesiasticæ propter hoc à quoquam fuerint obligatæ. *Idem etiam sentit Bellen.* d. tractat. de charit. subsid. quæst. 62. *quam totam ad verbum refert non dissentiens Remig. de Gon.* in simil. tractat. quæst. 53. *dum tradit, quod si Episcopus nomine proprio, vel collector nomine Papæ exigat subsidium charitativum à subditis beneficiatis, & eodem tempore concurrant creditores Clerici, petens subsidium debebit præferri creditoribus, quoniam ante omnia solvi debet* (177) *census superiori*, secundum Jo. Ant. Butr. & alios in c. cum te, de æt. & qual. ord. & Archid. in c. cum singula, circa medium, de præb. & in 6. & per alia, de quib. per Bellen. loc. cit.

SEPTIMA CONCLUSIO. *Expensæ* (178) *necessariæ, quæ fiunt gratia colligendorum fructuum, deducendæ sunt in solutione decimarum*: ita habetur in d. extrav. versic. in solvendo decimam, cujus sunt hæc verba, in solvendo decimam supradictam solæ expensæ necessariæ, quæ fiunt in re, ex qua fructus percipiuntur arando, colendo, & colligendo fructus percipi deducentur; idē not. gloss. d. clem. fin. in verbo taxationem, & ibi Imol. num. 9. Card. quæst. 5. & ceteri,

Butr.

Butr. post Doct. in c. cum homines, de decim. Bellenz. d. tract. quæst 69. Gig. in tract. de pens. q. 62. num. 14. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. gloss. 1. n. 15. Rebuf. consil. 125. num. 8. *Expensæ autem, quæ fiunt* (179) *in castrorum custodibus, etiam si majores sint solito, cum fiant extra rem, vel etiam in ædificiis construendis vel conservandis, nullatenus deducentur; sicut* (180) *nec illæ, quæ in villis tuendis fierent in guerris, seu etiam cavalçatis, ut verbis utar Bonifacii, qui id omne statuit, ac declaravit* in d. extrav. unic. vers. expensæ autem, circa medium, & vers. nec etiam illæ, ad finem. *Illæ quoque* (181) *expensæ, quæ fiunt pro fossatis* (*ut loquitur, & decernit Pontifex* d. extrav. versic. Illæ quoque expensæ) *& alias pro terris ædificandis, ut uberiores fructus producant; & illæ, quæ fiunt in conservandis, & reparandis ædificiis molendinorum, domorum, seu apothecarum, & similium, ex quibus fructus, & pensiones recipiuntur, & nisi reparentur, fructus ex eis percipi non valerent, de decima minime deducentur; hucusq; Bonifacius. Qui quidem in ea extravag. nonnulla alia decernit, ac statuit* (182) *circa expensas deducendas, aut non deducendas, quæ nos* superius, hoc ipso cap. quæst.

quæst. 2. concluſ. & ſequentib. *ſuis locis appoſuimus, dum ea recenſeremus, ex quibus ſolvuntur decimæ iſtæ Papales. Atque hæc de hac quæſtione ſufficiant.*

QUÆRO SEXTO. De modo procedendi circa harum decimarum exactionem.

PRIMA CONCLUSIO *ſit de qualitate Collectoris. Collector Papæ* (183) *judex eſt delegatus, & habet jurisdictionem*; ita tenuit Rot. Rom. deciſ. 12. de præb. alias 207. incipit, licet juxta ordinationem, in nov. & poſt eam, licet perperam allegatam, Bellen. d. tract. de char. ſubſid. quæſt. 94. quamvis eadem Rot. deciſ. 9. de off. de leg. in nov. aliter ſenſiſſe videatur, dum eum appellat negotiorum geſtorem. *Probatur autem noſtra concluſio; Primo; quia etiam procurator Fiſci utitur* (184) *jurisdictione, & officio judicandi*, l. 1. & 2. & l. cum vendente, C. ubi ca. fiſci, & l. ſi ea quæſtio, C. de his, qui ut indig. *Secundo, quia videmus collectorem ex ſtylo curiæ* (*qui quidem* (185) *attendendus eſt*, c. quod tranſlationem, de off. de leg. cum ſimil.) *deputari* (186) *cum facultate exercendi cenſuras*, quod infra latius proſequemur; *hujusmodi autem facultas aperte ſupponit* (186) *jurisdictionem ordinariam, aut delegatam,*

tam, ut patet ex text. in c. 1. c. præterea, & c. ex literis, de off. deleg. c. cum ab ecclesiarum Prælatis, de off. ordin. c. cum ecclesia, de major. & obedient. estque communis tam Theologorum in 4. sententia, distinct. 18. ubi D. Thom. quæst. 2. art. 2. quam Canonistarum in d. juribus, ex quibus plurimos refert, & sequitur Covar. in relect. c. alma mater, 1. par. §. 11. num. 1. & seqq. de sent. excom. in 6. *Est autem collector* (188) *judex delegatus, non autem ordinarius, cum neque jurisdictio eorum concurrat in omnibus cum ordinariis, sicut* (189) *jurisdictio legatorum*, juxta text. & quod ibi tradunt Doct. in c. 2. de off. deleg. libr. 6. & Specul. tit. de legat. §. nunc videndum, vers. legatus, *licet improprie collectores vocentur* (190) *nuntii Sedis Apostolicæ, & gaudeant certis privilegiis, & honoribus*, ut voluit Rot. d. decis. 12. de præbend. in not. *neque deputati sint, aut delegati* (191) *ad universitatem causarum, sed potius ad unum negotium decimarum*, per ea, quæ not. Bart. in l. 1. in fin. ff. quis & à quo appell. gloss. in clem. & si principalis vers. foraneo, de rescript. Imol. & Doct. in c. quoniam Abb. de off. deleg. *sed si aliquam universitatem habet, ea est personarum, non causarum; quo casu*

(192) *censetur quis factus judex delegatus, non ordinarius*, ut patet ex text. in c. ut officium, de hæret. in 6. cum aliis, de quibus late per Menoch. de præsumt. lib. 2. præsumt. 16. num. 31. *Accedit & illud, quod sicut delegatus potest* (193) *compelli ad recipiendam delegationem*, c. pastoralis, & c. sane de off. deleg. *ita etiam collectoriæ, & subcollectoriæ officium conferri potest* (194) *in invitum*, ut singulariter decidit Rot. Rom. d. decis. 12. num. 1. de præbend. in not. quam etiam sequutus est Cassad. decis. unic. num. 4. sub tit. de verb. sign. *Opinio autem illa, quæ vult collectorem solum esse* (195) *negotiorum gestorem, forte procederet, quando collectores deputarentur sine facultate coërcendi per censuras, prout hodie nullus deputatur; eademque ratione, quando subcollector deputaretur, ut merus, ac nudus exactor*, quod & Bellenz. d. q. 94. num. fin. adnotavit. *Ceterum ex eo, quod supra admonuimus, & inferius latius ostendemus, collectorem habere facultatem exercendi censuras contra non solventes; illud planè sequitur, laicum non posse* (196) *esse collectorem*, quod in terminis tradidit, & latius probat Bellenz. d. tract. quæst. 105. *laicus enim regulariter non est capax*

(197)

(197) *jurisdictionis ecclesiasticæ, neque potest censuras exercere*, ut optimè & fusè probat Covarr. de reject. c. alma mater, 1. par. §. 11. num. 3. Abb. c. 2. n. 5. de jud. *Hinc est quod communiter dicitur, laicum non posse* (198) *esse vicarium Episcopi*, quod tradit Abb. d. c. 2. num. 9. & 12. ubi Fel. num. 6. Dec. num. 15. idem Abb. in c. cum causam, n. 9. de elect. Franc. Marc. decis. Delph. 1001. in 1. par. & alii, quos referunt, & sequuntur Bertach. tract. de Episc. tit. de vic. Episc. nu. 14. Rebuff. in praxi benef. tit. de vic. Episc. num. 11. Camil. Borel. in tractat. de compromiss. §. 2. gl. 1. num. 85. noviss. Jacob. Sbroz. in tractat. de vic. Episc. quæst. 31. num. 2. & seqq. lib. 1. *quamvis forte posset laicus* (199) *ex speciali permissu Papæ esse vicarius Episcopi*, ut late tradit Sbroz. d. q. 31. num. 13. & duobus seqq. *& censuras exercere*, ut voluit gloss. in §. verum 32. disting. & c. bene quidem 96. dist. Abb. d. c. 2. num. 5. de jud. & c. causam quæ numero 3. de præscript. quem sequitur ibi Fel. num. 6. ubi quamplures alios ad id refert. *Unde posse etiam laicum ex certa scientia per summum Pontificem deputari* (200) *collectorem cum jurisdictione, & coerctione* voluit Bellen. d. q. 105. num. 3. *de quo ego in*

præsentia disputare non intendo; sat vero nunc nobis sit, laicum regulariter non posse censuras exercere, atque adeo neque collectorem aut subcollectorem esse cum coërctione, sed solum merum, ac merum, ac nudum exactorem decimarum, quod bene potest (201) *laico demandari*, ut etiam adnotavit Bellen. d. quæst. 105. num. 2. & colligitur ex Butr. d. c. 2. Archid. in c. nova, 16. quæst. 7. & Rom. consf. 268. *Illud demum circa qualitatem collectoris annotare lubet, eum debere* (202) *transcendisse ætatis annum 18. nisi Papa ex certa scientia deputaret existentem in inferiori ætate, alias deputatio censeretur subreptitia; ita in specie Bellenz.* d. tractat. quæst. 108. in princ. *id probans per text. à contrario sensu* in cap. cum vigesimum, de off. deleg. *ubi id clarius notarunt Abb. & Imol. in* (203) *delegato, qualis est collector*, ut supra diximus. *Imo debet esse ea persona* (204) *qualificata juxta tenorem*, c. statutum. §. 1. de rescript. in 6. *ut nimirum sit vel constitutus in dignitate, vel canonicus ecclesiæ cathedralis, vel officialis Episcopi; Religiosus quoque debet esse non simplex professus, sed qualificatus, puta Abbas vel Prior conventualis, juxta clem.* & si principalis, de rescript. *quod idem esset in*

(205)

(205) *subcollectoribus eorum, quando eis tradita esset tota potestas competens ipsis collectoribus*, per text. d. c. statutum, § in nullo, ita tradit Bellenz d. q. 108. num. 2. & 3. *secus vero esset (206) ubi tam collector, quam subcollector deputatus solum fuisset ad nudum ministerium exactionis*, ut not. Bellenz. d. num. 2. per ea, quæ tradunt Archid. & Gemin. d. §. in nullo.

Secunda Conclusio. *Potest collector (207) sine speciali commissione subcollectorem deputare*; ita Bellenz. d. tractat. qu. 106. in princ. post. Rot. decis. 256. incip. item si collector, in no. quæ apud me est, 265 seu 9. de off. deleg. & incipit si collector, in no. *Imo dicit ibi Rot. quod si non fuerit (208) limitata facultas unicum substituendi, poterit plures substituere*, per text. in c. 1. cum ibi not. de procur. in 6. *quin etiam in casu hujusmodi limitationis, & restrictionis facultatis concludit, posse adhuc (209) plures successive subcollectores ab eo constitui, quod & sequuntur ibi Add. & Bellenz.* d. q. 106. n. 4. *quamvis (210) per unius substitutionem eo casu alter censeretur revocatus*, ut ibid. ostendunt Rot. & Add. *Ratio vero principalis conclusionis ea est; sive enim dicamus, collectorem*

rem esse delegatum Papæ, ut supra ostendimus, *poterit subdelegare vices suas, & substituere aliquem*, l. à Judice, C. de jud. & c. super (211) quæstionum, § 1. & 2. de off. deleg. cum simil. *sive etiam dicamus cum Rot.* loc. c. *& aliis, eum esse negotiorum gestorem, & procuratorem Cameræ Apostolicæ, & tunc* (112) *etiam poterit, sive dicatur generalis procurator ad negotia*, l. si procuratorem, §. si quis mandaverit, ff. mand. l. 1. §. magistrum ff. de exercitor, l. quicunque, §. fin. ff. de institor. & c. 1. in fin. de procurat. in 6. *sive etiam dicamus, illum procuratorem esse specialem ad limitatum effectum levandi dicimas beneficiorum, non ideo minus poterit substituere*, per ea, quæ tradit Bart. in l. fin. in fin. ff. de diverſ. & tempor; præscript. & Bald. in l. quod quis, C. de procurat. per text. in c. is cui in 1. responſ. de off. deleg. in 6. sed melior est in c. fin. 2. responſ. de procur. eod. lib. *Prædictam autem conclusionem declara non procedere, ubi in deputatione collectoris Papæ* (213) *apponeret aliqua verba, ex quibus colligeretur, electam fuisse industriam personæ, ut si diceret*, (214) de tua prudentia, vel circumspectione plenius confidentes, *vel similia; tunc enim non posset subcollectorem deputa-*

putare, ut in specie monet Bellenz, d. quæst. 106. num. 5. *per ea, quæ de subdelegato tradunt Innoc & Imol*, in c. fin. de off. deleg. *ubi textus ipse* in §. fin. *disponit, tunc non posse fieri subdelegationem, cum electa est industria persona; quod idem de iis verbis in subdelegato scripserunt Andr. Gail*. pract. observ. lib. 1. observ. 79. num. 6. *& Menoch*. d. tract. de præsumt. libr. 2. præsumt. 21. num. 17. & de arbitr. jud. libr. 1. quæst. 68. num. 11. *Idem quoque esset, si Papa diceret*, de fide & legalitate tua confidentes, *tunc enim quoque electa esset industria persona*, Bellenz. d. q. 106. n. 6. per ea, quæ de his verbis tradit Butr. consl. 48. absque diffusione in fin. quod idem patet ex Menoch. d. numero 11. *Imo idem putarem, si onerata fuisset conscientia collectoris*, juxta ea, quæ late prosequitur Menoch. d. præsumt. 21. num. 16. & d. qu. 68. num. 12. *aut dictum fuisset*, ipse faciat; vel suis manibus, seu per te ipsum, vel personaliter cognoscas, & facias; *vel adsint verba geminata, maxime ex intervallo apposita*, per ea, quæ fuse, & optime more suo tradit Menoch. de præsumt. 21. n. 6. usque ad 16. *In dubio autem non est dicendum, hoc casu electam fuisse industriam persona; neque enim puto hoc magnum*

magnum esse, & arduum negotium, in quo ea industria (215) *electa esse videatur*, juxta doctrinam Bal. in l. liberti, libertæque, col. 10. vers. quæro denuo, C. de oper. liber. Innoc. d. c. fin. de off. deleg. & Jas. in l. more, ff. de jurisd. omn. jud. num. 65. quem refert & sequitur Menoch. de præsumpt. 21. n. 4. & d. q. 68. ubi alios recenset num. 15. quod & facit q. 54. num. 7. & 11. *Nam licet* (216) *arbitrio judicis relinquatur, quodnam arduum negotium sit, ita ut industria persona electa censeatur*, ut voluit Innoc. & Burt. d. c. fin. & post alios, Menoch. d. tract. de arbitr. jud. lib. 2. cas. 205. num. 3. *nullus tamen æquus judex arbitratur, id negotii arduum esse, cum decimas exigere, ac lavare* (217) *non sit magna industria, sed facile possit per quemcunque fidelem fieri, ut etiam notavit Bellenz.* d. q. 106. num. 2. & 3. *ubi optime quoque solvit quod de publico stipendio opponi poterat*, ex l. per hanc C. de erog. mil. ann. libr. 12. *An vero ubi plures subcollectores deputantur, ille subcollector, qui posterius deputatus fuit, non facta mentione de primo* (218) *censeatur revocatus, & quomodo, pulcre, & late prosequitur* Bellenz. d. tract. de charit. subsid. qu. 109. *ita ut ad eum te remittere sufficiat. Illud tamen*

tamen unum te admonitum velim, quod dum refert absolute Rot. in superius alleg. decis. 267. *tenentem priorem, subcollectorem censeri revocatum, id non asserit simpliciter Rot. sed apertè loquitur in casu, quo collector habebat limitatam quoad hoc facultatem, ut nimirum non posset nisi unum subcollectorem in singulis civitatibus, ac diœcesibus constituere*; quod patet ex ejus decis. initio cujus verba retulerat idem Bellenz. quæst. 106. n. 4 *Quando autem facultas collectoris transire* (219) *possit ad successorem in dignitate, colligi potest ex iis, quæ tradit* Menoch. d. quæst. 68. fere per totam, & Doct. in c. quoniam Abb. de off. deleg.

Tertia Conclusio. *Facultas & potestas collectoris* (220) *probanda est per literas, & non per testes; ita voluerunt Do. de Rot.* decis. mihi, 10. de off. deleg. alias 266. incip. dixerunt, & concluserunt, in nov. *quamvis eam aliter alleget Bellenz.* dict. tract. quæst. 110, *eandem opinionem sequens* num. 1. *adducit autem Rot. tex.* in l. unic. C. de mand. princ. & c. cum in jure, de off. deleg. & in extravag. Bonif. VIII. quæ incipit injunctæ, & est 1. de elect. in commun. *quæ tamen loquitur non de deputatione, aut delega-*

 tione

tione aliqua, sed solum decernit, ne (221) *Episcopi, aliique Prælati ad proprias ecclesias accedant, in iisque recipiantur, sine literis provisionis. Bellen. vero* d. num. 1. *inter alia adducit text. & ibi Bart.* in l. prohibitum, circa fin. *ibi*, cum literis nostris cognoverit, C. de jur. fisc. lib. 10. & l. 1. quæ etiam unica est, Cod. de superindic. lib. eod. *idem post alios novissime tradit Mascard.* tract. de probat. conclus. 317. num. 1. vol. 1. *Quod idem procedit* (222) *in viro excelso, & honesta persona, ut patet ex Bart.* in l. palatinos, C. de collat. fund. fiscal. lib. 11. *Abb.* in c. cum olim, il. 1. de privil. *cum aliis, quos ad id referunt, & sequuntur Menoch.* d. tractat. de præsumpt. lib. 2. præsumt. 15. n. 4. usque ad 9. *& Bellenz.* d. quæst. 110. n. 6. & tribus seqq. *dum illud probant,* (223) *delegato, etiamsi persona illustris sit, & honesta, non credi sine literis delegationis ubi maximè agitur de præjudicio tertii, quod non exiguum sit; quod cum in casu nostro eveniat, optime concludunt Bellenz.* loc. cit. *& Mascard.* d. concl. 317. n. 2. *quod etiam circumscripto stylo curiæ collectori fides adhibenda non est, sine literis deputationis. Hæc autem ipsa conclusio extenditur,* (224) *ut non probetur collectoris facul-*

tas

tas per transumta literarum, sed per originalia: ita in specie voluerunt Bellenz. d. tract. quæst. 113. in princ. post Rom. cons 356. circa primam consultationem, num. 5. & post alios Mascard. d. conclus. 317. num. 6. *pro quo optime facit text.* in c. 1. de fid. instr. & l. sancimus, C. de divers. rescript. canonizata in cap. sancimus, 25. in q. 2. & Auth. si quis in aliquo, C. de edend. *quæ jura dicunt* (225) *exhibenda esse originalia, non exemplaria. Quod ipsum tempera, nisi aut* (226) *transumtum fuisset nulla tunc lite pendente aliquod exemplum servata forma*, text. in c. fin. de fid. instr. ut per ea, quæ ibi, & d. Auth. si quis in aliquo, tradunt Doct. voluit in his terminis Bellenz. d. quæst. 113. n. 3. & 4. *aut sumtum fuerit* (227) *ex registris bullarum Papæ; per tale enim transumtum probaretur hujusmodi facultas collectoris saltem in curia*, ut in specie tradunt Bellenz. d. q. 113. num. 6. & seqq. Mascard. d. concl. 317. num. 7. & 8. juxta ea, quæ tradunt Dom. de Rot. decis. 28 nota sumtum, de probat. alias 621. in antiq. & aliis decis. de quibus per eos. *Declaratur vero hæc eadem conclusio. Primo, ut non procedat, quando collector* (228) *esset deputatus ad colligendas decimas in curia Romana, seu*

ab

ab ecclesiis illius urbis, Papa ibi existente; tunc enim talis deputatio poterit probari per testes ut voluerunt Mascard. d. conclus. 317. n.9. & seqq & Bellenz. d.q. 110, num. 10. per ea, quæ tradunt Specul. tit. de probat. §. videndum, vers. quid de auditoribus, num.3. Archid. in c. nobilissimus, 96. dist. Rom. in l. sciendum, colum.12. num.50. ff. de verb. oblig. Mil. in repertor. verbo: probatio, delegationis. & Fel. in cap. cum in jure, num.6. de off. deleg. *Cujus rei ea ratio affertur, quoniam tunc ad summum Pontificem facile quisq; potest confugere, propter quam rationem putarem idem dicendum, licet deputatus fuerit collector decimarum in Romana curia, & alibi; dum enim Romæ colligit, ei adhibetur fides absque literis solum per testes, sicut de transumto supra dictum est. Secundo declaratur, ut forte non procedat,* (229) *ubi literæ collectoriæ essent amissæ; tunc enim per testes probari poterit tenor literarum deputationis, & earum amissio, ut in specie limitavit Mascard.* d. conclus. 317. n. 11. & 12. *per ea, quæ de delegatione* (230) *tradidit Innoc.* in c. cum olim, il. 1. de privil. *quem sequitur* Rot. *decis.21. num.7. de concess. præb. in no.* Bellam. decis. 595. & 611. *& alii, quos ille refert; à qua*

a qua tamen sententia discessit Bellenz. d. qu. 110. num. 9. *quod ante eum in delegato voluit gloss.* d. c. cum olim. *Subcollectoris vero facultas* (231) *bene probari potest per testes, ut in terminis voluerunt Do. de Rot.* d. decis. 10. num. 1. de off. deleg. in nov. *& ibi Add. libet compilator* (232) *contrarium sentire videatur; sed idem tenent, & late probant Bellen.* d. tract. quæst. 111. numero 1. *per totam & post alios Mascard.* d. conclus. 317. num. 15. & 16. *Et ratio clara est, quoniam cum hic casus non recipiatur exceptus, stabimus regulæ, quod parem* (233) *vim habeant in probatione testes & instrumenta*, l. in exercendis, C. de fid. instrum. cum similib. *Alias rationes ad id adducit Bellen.* d. qu. 111. *ubi etiam probat,* (234) *idem esse, si collector deputetur solum ad nudum ministerium, ubi saltem quæritur solum de præterito, an quis fuerit collector? Poterit etiam probari subcollectoris facultas* (235) *per solas literas collectoris cum ejus sigillo, sine manu notarii, aut subscriptione testium; ita in specie docet Bellenz.* d. tractat. quæst. 114. *per totam, & Mascard.* d. conclus. 137. num. 3. *id autem probatur ex singulari dicto Innoc.* in c. quoniam contra, post medium, de probat. *quem sequuntur*

Archid.

Archid. Jo. An. & Gemin. in c. si à delegato, d. off. deleg. lib. 6. *Butr.* in c. post cessionem, col. 2. de probat. *Do. de Rot.* decis. 17. nota quod non creditur, de probation. alias 701. in antiq. decis. 7. utrum credatur, de off. deleg. alias 574. in antiq. & decis. 10. voluerunt, & ordinaverunt, vers. contra primam conclusionem, de probat. alias 348. in nov. *qui omnes in eo conveniunt, subdelegationes* (236) *probari per sola sigilla delegatorum subdelegantium. Neque obstant text.* in d. cap. quoniam contra, de probat. & c. cum à nobis, de testam. *ut optime ostendit Bellen.* d. qu. 114. num. 2. *ubi etiam probat, hanc conclusionem omnino expeditam, & indubitatam esse, si sub collector deputetur tanquam nudus exactor*, per text. in l. 1. ff. de procurator & clem. 1. eod. tit. *eoque casu debet prius literas recipere, quam officium exerceat; quod tamen indistinctè tradit Mascar.* d. conclus. num. 5.

Illud demum in hac conclusione de facultate collectoris, ac subcollectoris omittendum non est; quod ubi de illorum deputatione nullatenus neque per literas, neque per testes constat, neque etiam (237) *poterit per communem hominum existimationem probari*, juxta

juxta text. in l. Barbarius, ff. de off. præt. ut in specie voluerunt, & satis probant Bell. d. tr. quæst. 112. per totam, & Mascard. d. conclus. 317. num. 17. & duobus seqq. *Ex eo autem maxime id probatur, sive quia* d. l. Barbarius, (138) *non habeat locum in delegato, cum de ordinario loquatur*, prout inter ceteros voluit Innoc. in c. cum dilecta, & c. scitatus, de rescript. & alii, quos refert Ant. Gabr. com. concl. l. 1. tit. de probat. concl. 8. nu. 31. *sive quia ibi supponitur deputatio, solumque aderat vitium, & inhabilitas in judice, quomodo etiam solvuntur* l. si arbiter, C. de sent. & interlocut. om. jud. & §. tua, vers. verum, 3. q. 7. *qui etiam textus loquuntur in delegato. Et hoc est, quod post Fel.* d. c. cum dilecta & c. scitatus, *ac Paris.* cons. 136. n. 4. *voluit Gabr.* d. conclus. 8. num. 32. & 47. *dum ait*, d. l. Barbarius, *procedere, ubi adsit solum vitium personæ, non autem vitium rescripti. Posset tamen dispositio* d. l. Barbarius, *locum habere, quotiescunque gerit quis se pro collectore in provincia, in qua esset Camerarius, vel summus Pontifex, aut alius habens facultatem deputandi talem collectorem, vel quis se gereret pro subcollectore in provincia, in qua esset collector; ex quo enim superior, ad quem spectat,*

spectat, verisimiliter scit, & illos sustinet, gesta per eos sustinentur, & valent, prout ex not. per Jas. d. l. Barbarius n. 5. Gondesal. in tract. de legat. 1. part, quæst. 6. in fin, & alios, in his terminis optimè tuetur Mascard. d. conclus. 317. n. 20. & seqq.

QUARTA CONCLUSIO. *Potest collector* (239) *excommunicare, suspendere, & interdicere non solventes decimas; ita in specie tradit Bellenz.* d. tractat. d. charit. subsid. quæst. 45. *& probatur ex eo, quoniam collector est delegatus*, ut superius hac ipsa quæst. conclus. 1. ostendimus; *delegatus autem potest* (240) *censuras exercere*, ut est text. in c. præterea, & cap. ex literis, de off. de leg. ubi id not. Doct. & in c. 1. eodem tit. ext. & in 6. Bald. l. nulli, Cod. de sent. & interloc. om. jud. *sed mihi videtur hæc conclusio optime in terminis probari*, in sæpius cit. extrav. unic. Bonifac. vers. super his autem, de decim. *dum ibi dicitur*, super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis, & illi, cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire: proferatur autem, si expediens visum fuerit, excommunicatio generaliter, vel specialiter in eos, qui in solutione decimæ, vel suorum

æsti-

æstimatione proventuum, cum fuerit facienda, fraudem, vel malitiam scienter duxerint adhibendam: *hæc Bonif. In personis tamen Episcoporum servare debet* (241) *modestiam, de qua* in c. quia Pontificali, quod est 2. de off. deleg. lib. 6. *ut nimirum, prius eis ingressus ecclesiæ interdicatur, vel sacerdotale ministerium, ac deinde ab officio suspendantur; ac subsequenter contra eos aggravetur censura ecclesiastica; atque ita in hac specie monet Bellenz.* d. quæst. 95. *quinimò cum de quantitate solum, & æstimatione fructuum agitur, circa solutionem decimæ tam Episcopi, quam Abbates, ceteraque personæ ecclesiasticæ honorabiles non suspectæ* (242) *propriæ conscientiæ relinquuntur, ita quod sufficiat quoad tales excommunicationis sententia, quæ in nullo modo solventes, vel scienter adhibentes fraudem, vel malitiam circa ipsius decimæ solutionem generaliter profertur,* prout disponitur in d. extravag. vers. Episcopi autem & Abbates; *cum tamen* (243) *alii, quos præviis informationibus, & inquisitionibus constiterit minus debito solvisse, specialiter excommunicari possint,* ut in ead. extravag. habetur vers. prox. præcep. incip. sed si ex probabilibus. *Quod*

 vero

vero diximus de interdicto, intelligendum est (244) *de speciali, hoc est, certa ecclesia, non autem generali alicujus villa, ut in hac specie voluit Bellenz.* d. tract. quæst. 25. n. 1. & quæst. 95. n. 3. & 4. *prohibitum enim est, imò nullum interdictum generale* (245) *contra civitatem, castrum, aut alium locum latum auctoritate ordinaria, seu delegata pro pecuniario debito, vel pro cujusvis pecunia quantitate, eo maxime, quia eorum locorum domini, aut incola singulares persona intra statutum terminum hujusmodi debitum non persolvunt*, ut latius cavetur in extravag. Bonif. VIII. quæ incipit provide attendentes, & est 2. de sent. ex comm. in commun. id quod etiam notant, & latius prosequuntur Jo. An. & Gemin. in c. præsenti, de sent. excom. in 6. & Jo. Calder. in tract. de interd. eccles. vers. quæratur. An vacante & vers. item quæro an extravagans. *Poterit tamen* (246) *illud interdictum generale ferri, si prius lata fuit sententia excommunicationis in singulares personas, & ea contemta fuit*, ut tradit Bellenz. d. q. 25. n. 4. *causa enim interdicti generalis immediata, & propinqua est* (247) *contemtus excommunicationis*, ut optime adnotavit Calder. cons. 8. Episcopus interdicit de

de sent. excom. *Quomodo vero facienda sit monitio* (248) *clero vel collegio, quando collector vult decimam exigere, & quomodo contra* (249) *non solventes promulgenda sit generalis sententia, colligitur* ex d. extravag. unic. de decim. versic. sed si ex probabilibus, & versic. volumus quoque, latiusque prosequitur Bellenz. d. tractat. quæst. 110. & duabus seqq. *Poterit quoque* (250) *collector ac subcollector alias mulctare non solventes decimas; licet subcollector non tantam pœnam imponere possit,* (251) *sicut collector,* ut in hac specie resolvit Bellenz. d. tract. quæst. 69. per ea quæ de delegato & subdelegato tradunt Innoc. Host. & Butr. in cap. 1. de off. deleg. gloss. & Innoc. in c. pastoralis, §. fin. eod. tit. & communiter Doct. ex quibus plerosque Bellenz. refert. *Non tamen credo, quod* (252) *poterit collector beneficiis privare non solventem, prout in delegato sentit* Host. in c. pro humanis, de homic. in 6. *licet contrarium sentiat* Innoc. in c. quia diversitatem, de concess. præbend. *Quin etiam possunt non solventes decimas* (253) *capi personaliter,* ut in terminis tradit, & optime probat Bellenz. d. tractat. quæst. 98. *quod idem erit* (254) *in Rectoribus universitatum, & capi-*

tibus collegiorum, pro suis collegiis, ut idemmet Bellen. adnotavit d. tract. quæst. 99. per text. in l. 1. in princip. ff. de muner. & honor. & ea quæ tradunt Bart. in l. 4. §. actor. ff. de re judic. & Bald. in l. etiam, col. 5. C. de execut. rei jud. & l. 1. §. quibus, ff. quod cujusque univerſ. nom. *Secus vero eſſet in hoc utroque caſu, ubi beneficiati, ſeu iſti Rectores (255) eſſent Doctores actu legentes, prout de beneficiariis voluit* Bellenz. d. qu. 98. num. 7 juxta doctrinam Bart. in l. medicos, per illum textum, Cod. de profeſſoribus & medicis, lib. 10. *Neq; etiam poterit collector (256) invocare brachium ſeculare contra non ſolventes ſine ſpeciali commiſſione, & mandato ſedis Apoſtolicæ*, prout habetur in d. extrav. unic. verſ. proviſo hactenus in fin. quod etiam not. Bellenz. d. tract. quæſt. 97. num. 1. Card. d. clem. fin. qu. 16. de decim. Imol. n. 13. *quamvis alioqui de jure communi* (257) *tanquam delegatus id poſſet*, ut late & optime Bellen. d. num. 1. de quo not. in c. 1. de off. ord. c. ſi quando, & c. ſignificaſti, de off. de leg. & c. cum non ab homine, de judic.

QUINTA CONCLUSIO. *Collector non poteſt in exactione decimæ loco pignoris, vel alias* (258) *capere vaſa ſacra, paramenta, libros*,

libros, & alia ad cultum divinum deputata; ita per text. in d. clem. fin. quæ incipit, beneficiorum, de decim. *notavit ibi gloss. Card. Imol. & cæteri Bellenz.* d. tract. quæst. 15. n. 3. & quæst. 88. 91. & 93. num. 1. *quæ tamen clem. solum loquitur, ubi decima beneficiorum alicui per Papam conceditur; sed idem habemus* in d. extravag. unic. versic. ult. *cujus hæc sunt verba*; quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata divinum, vel ad privilegia ecclesiarum, & monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiasticorum ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur; *quod idem forte dicendum erit* (259) *in iis, quæ sunt promiscuo usui deputata, prout esset liber, quo Sacerdos & domi, & in ecclesia utitur, & similia; neque enim ea capi possunt in pignus*, ut voluit Bellenz. d. quæst. 93. quoniam magis (260) *dignum trahit ad se minus dignum*, cap. quod in dubiis, de consecr. ecclesf. vel altar. & c. unic. eod. tit. in 6. cum similibus, & per alia, de quibus per eum. *Illa sane hac in re certa sunt, & omninò notanda, quæ hic ordine jubet subjicere. Primo, non posse* (261) *hujusmodi vasa sacra, & ornamenta divino cultui dedicata, de quibus*

antea diximus, etiam á sponte dantibus pignori accipi, prout ex d. clem. fin. colligit ibid. Paul. Leaz. quem sequitur Bellenz. d. tract. quæst. 89. *Secundo, quod si nihilominus collector vult capere hujusmodi res sacras, quas notorium sit esse divinis officiis deputatas,* (262) *posse ei saltem post appellationem violenter resisti, ut latè & optimè probat Bellenz.* d. tract. quæst. 90. *quomodo possunt intelligi Paul. & Card.* d. clem. fin. q. 15. *& alii quotquot absolutè dixerunt, posse collectori hujusmodi res capienti resisti; quo etiam casu, si collector ferat* (263) *excommunicationem, aliasve censuras contra non exhibentes hujusmodi res, erunt illæ censuræ nullæ ipso jure,* ut optimè voluit Paul. & Card. loc. cit. ostenditque Bellenz. d. tract. quæst. 24. ac not. Gig. tractat. quæst. 24. ac not. Gig. tract. de pens. eccles. qu. 60. num. 3. & colligitur ex Abb. in c. 1. de re judic. *quinimo in* (264) *casu hujus notorietatis poterit collector puniri ab ordinario ratione notorii delicti, ut latè & optimè probat Bellen.* d. tract. quæst. 91. *per ea, quæ tradit Cyn. Petr. & Bald.* in Auth. qua in Provincia, c. ubi de crim. agi, opor. *gloss. ult. ubi Butr. & Abb.* in c. fin. de rescr. *& per alia, de quibus ibi per Bellen. qui etiam*

q. se-

q. sequenti optimè declarat, quomodo arbitraria pœna affici poterit, juxta qualitatem delicti pulcrè distinguendo de rebus consecratis, & benedictis, & non consecratis, aut benedictis; & utrum actu sint deputata, vel solum destinata cultui divini? quod etiam facit quæst. 88.

Sexta Conclusio. *Potest collector decimæ* (265) *liberare, & quietare eos, qui solverunt decimam etiam sine speciali mandato*; ita Bellenz. tractat. quæst. 103. n. 1. *satis enim id includitur in mandato ad recipiendum*, juxta text. & ibi Bald. in l. abstulit, C. de novat. & in l. si debitorem, ff. eod. *Imo poterit etiam liberare eos, qui non solverunt, & confiteri se ab eis recepisse, ubi maximè mandatum sit ad recipiendum, & confitendum, ut ex sententia Ang. & Imol.* in l. à divo Pio, §. sed si emptor, ff. de re judic. *Bald. Salic. Fulg. Castr.* in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. *& communi resolvit Bellenz.* d. tract. qu. 104. num. 1. *qui etiam* num. 2. *idem probat, ubi non adsit verbum*, confitendum, *sed solum* quietandum, *num. vero 3. & 4. id limitat procedere, ubi collector sit solvendo, alias secus, per tradita ab Ang. & Imol.* d. §. sed si emptor, *& aliis, d. vero quæst. 103. per text.* in l. sicut

datam, C. de lib. ca. *& ibi Bald. & alios probat teneri* (266) *collectorem solventibus, si illud petant, instrumentum liberationis facere.*

Septima & Ultima Conclusio. *In exactione decima* (267) *proceditur executivè. & incipitur à pracepto; proposito enim edicto, & generali monitione, ut termino tot dierum debeant tam singulares persona, quam collegia solvisse, si non solverint, poterit in eos ferri censura, ut colligitur* ex d. extra. vag. unic. versic. sed si ex probabilibus, & versic. volumus quoque, *& in subsidio charitativo late probat Bellenz.* d. tractat. qu. 15. num. 1. *post Rot.* decis. 425. incipit, item extra Rotam, in no. sed mihi est 19. de dol. & contum. alias 444. in no. & incipit extra Rotam, *ubi etiam tradit Rot. quando* (268) *audiatur allegans, & probare volens ignorantiam edicti. In decima vero Papali id patet ex latè traditis per Bellen.* d. tractat. quæst. 100. & duobus sequentib. *ad quem te remitto, ne illius dicta, aut verba transcribere videar. Poterit tamen* (269) *appellari à collectore multis saltem in casibus, prout in charitativo subsidio late ostendunt Bellen.* d. tractat. quæst. 55. *& Remig. qui totam eam quæstionem*

nem etiam refert, & sequitur in simil. tract. de charitat. subsid. quæst. 52. *In decima vero Papali admittit idem Bellenz.* d. quæst. 55. n. 8. & quæst. 90. num. 1. *Primus autem casus* (270) *esse potest, si nimis brevem terminum statuat ad solvendum*, juxta textum sing. in c. 1. de delat. & gloss. in cap. ex literis, verb. infra triduum, de constit. cum simil. *Secundus*, (271) *ubi collector capit pignoris loco res, quas notorium est esse sacras, & divino cultui deputatas*, ut in specie voluit Bellenz. d. quæst. 90. num. 1. & nos supra semel admonuimus. *Tertius*, (272) *si quis nimium gravetur, quia multi impetrarunt exemtionem neque alter de alterius exemptione, ac privilegio mentionem fecit in impetratione, & reliquis, aut eorum aliquibus, hujusmodi exceptionem subreptionis opponentibus, collector eam rejicit*, juxta ea, quæ late superius tradidimus q. 3. conclus. 7. *Quartus, si à privilegiatis privilegium allegantibus*, (273) *collector decimam exigat; nisi velimus tunc processum, & sententiam superinde secutam, nullam esse*, per ea quæ latè tradunt Cald. cons. 9. de sent. excom. Gig. de præsum. quæst. 60. Bellenz. d. tract. q. 24. & nos supra qu. 3. concl. 2. & 3.

spectat, verisimiliter scit, & illos sustinet, gesta per eos sustinentur, & valent, prout ex not. per Jas. d. l. Barbarius n. 5. Gondesal. in tract. de legat. 1. part, quæst. 6. in fin. & alios, in his terminis optimè tuetur Mascard. d. conclus. 317. n. 20. & seqq.

QUARTA CONCLUSIO. *Potest collector* (239) *excommunicare, suspendere, & interdicere non solventes decimas; ita in specie tradit Bellenz.* d. tractat. d. charit. subsid. quæst. 45. *& probatur ex eo, quoniam collector est delegatus*, ut superius hac ipsa quæst. conclus. 1. ostendimus; *delegatus autem potest* (240) *censuras exercere*, ut est text. in c. præterea, & cap. ex literis, de off. de leg. ubi id not. Doct. & in c. 1. eodem tit. ext. & in 6. Bald. l. nulli, Cod. de sent. & interloc. om. jud. *sed mihi videtur hæc conclusio optime in terminis probari*, in sæpius cit. extrav. unic. Bonifac. vers. super his autem, de decim. *dum ibi dicitur*, super his autem fiet compulsio per censuram ecclesiasticam, prout nobis, & illi, cui hoc committendum duxerimus, visum fuerit expedire: proferatur autem, si expediens visum fuerit, excommunicatio generaliter, vel specialiter in eos, qui in solutione decimæ, vel suorum

æsti-

æſtimatione proventuum, cum fuerit facienda, fraudem, vel malitiam ſcienter duxerint adhibendam: *hæc Bonif. In perſonis tamen Epiſcoporum ſervare debet* (241) *modeſtiam, de qua* in c. quia Pontificali, quod eſt 2. de off. deleg. lib. 6. *ut nimirum, prius eis ingreſſus eccleſiæ interdicatur, vel ſacerdotale miniſterium, ac deinde ab officio ſuſpendantur, ac ſubſequenter contra eos aggravetur cenſura eccleſiaſtica; atque ita in hac ſpecie monet Bellenz.* d. quæſt. 95. *quinimò cum de quantitate ſolum, & æſtimatione fructuum agitur, circa ſolutionem decimæ tam Epiſcopi, quam Abbates, ceteraque perſonæ eccleſiaſticæ honorabiles non ſuſpectæ* (242) *propriæ conſcientiæ relinquuntur, ita quod ſufficiat quoad tales excommunicationis ſententia, quæ in nullo modo ſolventes, vel ſcienter adhibentes fraudem, vel malitiam circa ipſius decimæ ſolutionem generaliter profertur,* prout diſponitur in d. extravag. verſ. Epiſcopi autem & Abbates; *cum tamen* (243) *alii, quos præviis informationibus, & inquiſitionibus conſtiterit minus debito ſolviſſe, ſpecialiter excommunicari poſſint,* ut in ead. extravag. habetur verſ. prox. præcep. incip. ſed ſi ex probabilibus. *Quod*

K vero

vero diximus de interdicto, intelligendum est (244) *de speciali, hoc est, certa ecclesia, non autem generali alicujus villa, ut in hac specie voluit Bellenz.* d. tract. quæst. 25. n. 1. & quæst. 95. n. 3. & 4. *prohibitum enim est, imò nullum interdictum generale* (245) *contra civitatem, castrum, aut alium locum latum auctoritate ordinaria, seu delegata pro pecuniario debito, vel pro cujusvis pecunia quantitate, eo maxime, quia eorum locorum domini, aut incola singulares persona intra statutum terminum hujusmodi debitum non persolvunt*, ut latius cavetur in extravag. Bonif. VIII. quæ incipit provídi attendentes, & est 2. de sent. ex comm. in commun. id quod etiam notant, & latius prosequuntur Jo. An. & Gemin. in c. præsenti, de sent. excom. in 6. & Jo. Calder. in tract. de interd. eccles. vers. quæratur. An vacante & vers. item quæro an extravagans. *Poterit tamen* (246) *illud interdictum generale ferri, si prius lata fuit sententia excommunicationis in singulares personas, & ea contemta fuit*, ut tradit Bellenz. d. q. 25. n. 4. *causa enim interdicti generalis immediata, & propinqua est* (247) *contemtus excommunicationis*, ut optime adnotavit Calder. cons. 8. Episcopus interdicit de

de sent. excom. *Quomodo vero facienda sit monitio* (248) *clero vel collegio, quando collector vult decimam exigere, & quomodo contra* (249) *non solventes promulgenda sit generalis sententia, colligitur* ex d. extravag. unic. de decim. versic. sed si ex probabilibus, & versic. volumus quoque, latiusque prosequitur Bellenz. d. tractat. quæst. 110. & duabus seqq. *Poterit quoque* (250) *collector ac subcollector alias mulctare non solventes decimas; licet subcollector non tantam pœnam imponere possit,* (251) *sicut collector,* ut in hac specie resolvit Bellenz. d. tract. quæst. 69. per ea quæ de delegato & subdelegato tradunt Innoc. Host. & Butr. in cap. 1. de off. deleg. gloss. & Innoc. in c. pastoralis, §. fin. eod. tit. & communiter Doct. ex quibus plerosque Bellenz. refert. *Non tamen credo, quod* (252) *poterit collector beneficiis privare non solventem, prout in delegato sentit* Host. in c. pro humanis, de homic. in 6. *licet contrarium sentiat* Innoc. in c. quia diversitatem, de concess. præbend. *Quin etiam possunt non solventes decimas* (253) *capi personaliter,* ut in terminis tradit, & optime probat Bellenz. d. tractat. quæst. 98. *quod idem erit* (254) *in Rectoribus universitatum, & capi-*

tibus collegiorum, pro suis collegiis, ut idemmet Bellen. adnotavit d. tract. quæst. 99. per text. in l. 1. in princip. ff. de muner. & honor. & ea quæ tradunt Bart. in l. 4. §. actor, ff. de re judic. & Bald. in l. etiam, col. 5. C. de execut. rei jud. & l. 1. §. quibus, ff. quod cujusque univers. nom. *Secus vero esset in hoc utroque casu, ubi beneficiati, seu isti Rectores* (255) *essent Doctores actu legentes, prout de beneficiariis voluit* Bellenz. d. qu. 98. num. 7 juxta doctrinam Bart. in l. medicos, per illum textum, Cod. de professoribus & medicis, lib. 10. *Neq; etiam poterit collector* (256) *invocare brachium seculare contra non solventes sine speciali commissione, & mandato sedis Apostolicæ*, prout habetur in d. extrav. unic. vers. proviso hactenus in fin. quod etiam not. Bellenz. d. tract. quæst. 97. num. 1. Card. d. clem. fin. qu. 16. de decim. Imol. n. 13. *quamvis alioqui de jure communi* (257) *tanquam delegatus id posset*, ut late & optime Bellen. d. num. 1. de quo not. in c. 1. de off. ord. c. si quando, & c. significasti, de off. de leg. & c. cum non ab homine, de judic.

QUINTA CONCLUSIO. *Collector non potest in exactione decimæ loco pignoris, vel alias* (258) *capere vasa sacra, paramenta, libros*,

libros, & alia ad cultum divinum deputata; ita per text. in d. clem. fin. quæ incipit, beneficiorum, de decim. *notavit ibi gloss. Card. Imol. & cæteri Bellenz.* d. tract. quæst. 15. n. 3. & quæst. 88. 91. & 93. num. 1. *quæ tamen clem. solum loquitur, ubi decima beneficiorum alicui per Papam conceditur; sed idem habemus* in d. extravag. unic. versic. ult. *cujus hæc sunt verba;* quodque ad vasa sacra, paramenta, calices, cruces, & libros, aliaque bona mobilia ad cultum deputata divinum, vel ad privilegia ecclesiarum, & monasteriorum, aliorumque locorum ecclesiasticorum ipsius occasione decimæ manus nullatenus extendatur; *quod idem forte dicendum erit* (259) *in iis, quæ sunt promiscuo usui deputata, prout esset liber, quo Sacerdos & domi, & in ecclesia utitur, & similia; neque enim ea capi possunt in pignus*, ut voluit Bellenz. d. quæst. 93. quoniam magis (260) *dignum trahit ad se minus dignum*, cap. quod in dubiis, de consecr. eccles. vel altar. & c. unic. eod. tit. in 6. cum similibus, & per alia, de quibus per eum. *Illa sane hac in re certa sunt, & omninò notanda, quæ hic ordine jubet subjicere. Primo, non posse* (261) *hujusmodi vasa sacra, & ornamenta divino cultui dedicata, de quibus*

antea diximus, etiam á ſponte dantibus pignori accipi, prout ex d. clem. fin. colligit ibid. Paul. Leaz. quem ſequitur Bellenz. d. tract. quæſt. 89. *Secundo, quod ſi nihilominus collector vult capere hujusmodi res ſacras, quas notorium ſit eſſe divinis officiis deputatas,* (262) *poſſe ei ſaltem poſt appellationem violenter reſiſti, ut latè & optimè probat Bellenz.* d. tract. quæſt. 90. *quomodo poſſunt intelligi Paul. & Card.* d. clem. fin. q. 15. *& alii quotquot abſolutè dixerunt, poſſe collectori hujusmodi res capienti reſiſti; quo etiam caſu, ſi collector ferat* (263) *excommunicationem, aliasve cenſuras contra non exhibentes hujusmodi res, erunt illæ cenſuræ nullæ ipſo jure,* ut optimè voluit Paul. & Card. loc. cit. oſtenditque Bellenz. d. tract. quæſt. 24. ac not. Gig. tractat. quæſt. 24. ac not. Gig. tract. de penſ. eccleſ. qu. 60. num. 3. & colligitur ex Abb. in c. 1. de re judic. *quinimo in* (264) *caſu hujus notorietatis poterit collector puniri ab ordinario ratione notorii delicti, ut latè & optimè probat Bellen.* d. tract. quæſt. 91. *per ea, quæ tradit Cyn. Petr. & Bald.* in Auth. qua in Provincia, c. ubi de crim. agi, opor. *gloſſ. ult. ubi Butr. & Abb.* in c. fin. de reſcr. *& per alia, de quibus ibi per Bellen. qui etiam*

q. ſe-

q. sequenti optimè declarat, quomodo arbitraria pœna affici poterit, juxta qualitatem delicti pulcrè distinguendo de rebus consecratis, & benedictis, & non consecratis, aut benedictis; & utrum actu sint deputatæ, vel solum destinatæ cultui divini? quod etiam facit quæst. 88.

15. Religiosi decimas solvunt de animalibus, quæ aliis tradunt nutrienda. Item de hortis, quos alii tradunt colendos.

numero

numero 16. aut si eorum olera venderent. *num. 17.*

18. Religiosi omnes regulariter tenentur de prædiis acquisitis, & acquirendis integras decimas solvere ecclesiis parochialibus, quibus erant decimales.

19. Religiosi non solventes decimas ecclesiis debitas, aut prohibentes eas solvi, & alia hujusmodi facientes, quibus pœnis afficiantur. Religiosorum & Regularium alia Privilegia, &c.

20. Papa non tenetur decimas solvere, sed aliis imponit. *Vid. tamen distinct. in Not.*

21. Decimæ in nova lege præceptæ sunt ad similitudinem decimarum veteris legis.

22. Decima quædam est, quæ offertur Deo per jejunium, & pœnitentiam.

23. Episcopus pro mensa saltem Episcopali non tenetur solvere decimas, nisi summo Pontifici. De patrimonialibus tamen, & aliis beneficiis ecclesiasticis tenetur, *num. 24.* Item secus si bona mensæ in alium transferantur, *num. 25* Quomodo Episcopi & Parochi non hab. obli-

obligat. personalem præstandi decim. ordinarias?

26. Reges, & Principes tenentur ad solutionem decimarum tam prædialium, quàm personalium; eas tamen fortè non tenentur solvere nisi Episcopo. *num.27. Confer. hic al. Q. & ibi quoq. object. cum R.*

28. Pauperes tenentur decimas solvere, & *num. seqq.*

29. Paupertatis prætextu aliena tenere, vel peccare non licet.

30. Pauperes tenentur solvere decimas de suis eleemosynis: poterunt tamen unum pro alio solvere. *num.31.* Item non tenerentur solvere, si essent in extrema necessitate; aut cogerentur omnia vendere, & mendicare, si integram decimam solvere vellent, quam longo tempore non solvissent. *num.32.* Ibi etiam dubium, cum R.

33. Leprosi tenentur ad decimas, si colunt agros, aut vineas; vel si vivunt per se in domibus suis.

34. Heremitæ, & alii observantes regulam S.S. Dominici, vel Francisci, si vivant per

per ſe, tenentur ad decimas de agris, & vineis, quas colunt.

35. Leproſi, Heremitæ, & alii hujusmodi, ſi ſimul in una domo vivant, non tenentur ad decimas de hortis ſuis in circuitu domus, neque de animalibus ſuis ibidem paſcentibus, ſeu eorum nutrimentis.

36. Judæi de terris, quas colunt, decimas ſolvere tenentur. Idem in infideli & hæretico. *n. 37.* Idem etiam in decimis perſonalibus. *num. 38. diſt. tamen in parerg. A. a.*

39. Imperator, aut alius laicus non poteſt laicis concedere immunitatem à ſolutione decimarum.

40. Epiſcopus non poteſt alicui concedere per viam privilegii immunitatem à ſolutione decimarum.

41. Decimæ ſunt à Papa eccleſiis aſſignatæ.

42. Eccleſiæ antiquitus conſtitutæ decimis privari non debent.

43. Epiſcopus non poteſt diſpenſare contra Concilium generale, aut canones.

44. Epiſcopus poteſt ex cauſa remittere decimas ſuæ menſæ debitas.

45. Epiſcopus poteſt interponere decretum, &

& conſenſum in compoſitione ſuper ſolutione decimarum.

46. Papa poteſt aliquibus etiam laicis privilegio concedere immunitatem à ſolutione decimarum.

47. Jus divinum, & naturale indiſpenſabile eſt & immutabile, *& num.52.*

48. Papa non poteſt tollere jus divinum; poteſt tamen interpretari. *num 49.* non verò limitare, maximè in ſpiritualibus.

51. Princeps non poteſt aliquid ſtatuere contra jus naturale in damnum maxime alicujus.

52. Diſpenſari non poteſt contra jus naturale, aut divinum.

53. Immunitat. à ſolutione decimarum cur poſſit per Papam laicis concedi?

54. Præceptum decimarum non poteſt in totum tolli à Chriſtiana Republ. & ibidem de ratione. Aliter ſe res hab. in Foro Stat. Proteſtant. &c.

55. Privilegium conceſſum de non ſolvendis decimis, non extenditur ad eas, in quarum poſſeſſione eſt is, cui de jure competunt decimæ; ſecus ſi poſſeſſio ſit apud eos, quibus de jure ſpeciali compe-

competunt? *num. 56.* Ubi & alia frequens Q. cum R.

57. Jus decimandi tanquam ſpirituale laicis non competit, ejusque ſunt incapaces. Aliæ 2. Q. Q. inſeruntur.

58. Spirituale quibus modis quid dicatur?

59. Jus decimandi regulariter non poteſt ab Epiſcopo laicis concedi; poteſt tamen aliis eccleſiis cum aliqua cauſa: *n. 60.* imo & laicis ex juſtiſſima cauſa, poterunt ad vitam, aliudve tempus concedi fructus decimarum. *num. 61.*

62. Jus decimandi, ſeu potius commoditas decimarum, poteſt ab Epiſcopo laicis concedi, in vim alienationis cum cauſæ cognitione, & conſenſu ejus, de cujus intereſſe agitur.

63. Intellectus cap. 2. *de his quæ fi. à Prælat.*

64. Laici poſſunt decimas titulo conductionis percipere, & quaſi poſſidere, quibus etiam locari poſſunt ad vitam eorum, accedente maximè ſuperioris auctoritate. *num. 65.* Practic. vom Zeh. verkauffen/beſtehen / rc.

66. Laici licite poſſident decimas ſibi ante Concilium Later. non autem poſtea conceſ-

concessas. *hîc casus ad f. nr. temporibus sat frequens, &c.*

67. Concilium Lateran. de quo *in cap. quamvis, & c. prohibeamus, de decim.* quodnam fuerit ? An decimæ ante hoc Concil: acquisitæ à Laicis retineri possint ? A.

69. Argumentum à feudo ad emphyteusin valet.

70. Pignorari non possunt decimæ à laicis ipsis quoque ecclesiis, nisi ad eas, eæ decimæ pertinerent. *Obs. tamen hoc loc. Limit. cum Q. Q. de æstimatione & retractu.*

71. Laici obtinentes decimas in feudum ante Lateranens. Conc. possunt eas de consensu Episcopi in Ecclesiam transferre. In alios verò laicos feudi titulo transmittere non poterunt. *num. 72.* Idque procedit etiam iis decimis, quæ feudo extincto redeunt ad ecclesiam, *num. 73.* hîc quoque adjecta biga Q. Q. notab.

74. Titulus ante Concil. Lateranens. probatur ex possessione immemorali decimarum cum fama hujusmodi tituli, & concessionis, neque aliqua investitura requi-

requiritur. Quæ requirantur, ut privilegia super decim. vel earum immunitate effectum sortiantur?

75. Immemoralis præscriptio idem est cum centenaria ex magis communi.

76. Immemoralis possessio quomodo probetur.

77. Testes deponentes de immemoriali præscriptione, & possessione debent esse memores 40. annorum.

78. Memoriam extare in contrarium potest probari per testes & per instrumenta. Instrumentum seu Privilegium de concessis decimis, sigillis carens, utrum probet? N. regulariter.

79. Perceptio, & possessio decimarum probari potest per testes singulares.

80. Possessio probari potest per testes singulares.

81. Locus, & tempus in decimis non est de substantia actus. Cujus æt. testes esse deb. probantes, memoriam non extare?

82. Laici jure percipiendi decimas spoliati, & agentes interdicto recuperandæ an sint ante omnia restituendi?

83. Jus decimas percipiendi potest per Pa-

pam Principi, vel alteri laico concedi ex causa.

84. Privilegiatus, ut exigat decimas, tenetur congruam portionem ex iis assignare ecclesiæ parochiali.

85. Consuetudo differt à præscriptione & in quibus.

86. Consuetudo quid sit?

87. Consuetudo circa quantitatem decimæ plurimum potest, & attendenda est, tam in prædialibus, quam in personalibus decimis.

88. Consuetudo, etiam quæ contra jus est, non requirit scientiam, aut approbationem Principis.

89. Quota decimæ cur diminui possit per consuetudinem?

90. Consuetudo quantumcunque longa, nullas decimas, aut quid aliud solvendi ministris ecclesiæ indigentibus, non excusat à peccato, nec valet.

91. Ministrorum ecclesiæ sustentatio est de jure divino, & naturali.

92. Personales decimæ jure tantum humano inductæ sunt, & præceptæ post Evangelicam legem, & consuetudine tolli possunt.

93. Consuetudo, ut decimæ etiam mixtæ de minu-

minutis non solvantur, valet. Idem in decimis ex certis rebus. *numero 94.*
95. Consuetudo, ut de prædiis ecclesiasticis decima non solvatur, valet. Imò fortè idem erit in prædiis patrimonialibus Clericorum. *num. 96.*
97. Consuetudo potest inducere, ut decimæ uni ecclesiæ debitæ alteri solvantur: secus in prædiis, quæ proxima sunt limitibus. *num. 98.*
99. Confines præscribi non possunt.
100. Consuetudo solvendi decimas maximè attendi debet, ubi dubium est, ad quam ecclesiam eæ spectent, sufficientque decem anni ad eam inducendam? *n. 101.*
102. Consuetudo præter jus inducitur spacio decem annorum.
103. Consuetudo observanda circa solutionem decimarum regulariter requiritur, & sufficit, ut sit 40. annorum: neque exigitur titulus. *n. 104.*
105. Præscribere possunt laici exemtionem à solutione decimarum etiam in totum, ubi tamen possit Parochus commode sustentari? *Adnect. dub: cum R.*
106. Clericus, & ecclesia possunt præscribere exemptionem à tota decima.
107. Clericus, & ecclesia possunt per præscriptio-

nem acquirere etiam totam decimam in aliena parochia; idque etiamsi ipsi non habeant parochiam. *num.108.*

109. Præscriptio decimæ unius rei non extenditur ad aliam rem etiam ejusdem fundi; neque de decimis antiquis ad novalia. *num.101* Ubi quoque vom Wein und andern Zehenden/ꝛc. Neque de persona ad personam. *num.111.* An ei, qui majores decim. habet ex præscriptione præcisè etiam minores decim. exsolvendæ? A.

112. Præscriptio immunitatis & juris decimandi regulariter requirit vel spatium quadraginta annorum cum titulo, vel tempus immemorale etiam sine titulo? Decimæ Ecclesiarum præscribi non possunt per singulare privil. &c.

113. Ecclesia, vel ecclesiastica persona habens donationem decimarum à laico, non potest eas præscribere etiam tempore immemorali.

114. Laicus tempore etiam immemorali non potest præscribere jus decimandi.

115. Incapaces alicujus juris non possunt illud præscribere etiam per tempus immemorale.

116. Præſcriptio immemorialis vim habet privilegii: ſecus tamen ubi adeſt incapacitas in poſſidente, *num. 117.*

118. Laicus tutus erit præſcriptione immemoriali decimarum, accedente fama privilegii.

119. Compoſitio inter perſonas eccleſiaſticas, ut decimæ uni eccleſiæ debitæ alteri ſolvantur, valet; dum tamen accedet cauſæ cognitio, decretum, & conſenſus Epiſcopi. *n. 120.* aut etiam Vicarii. *num. 121.* Ad h. loc. d. compoſitione ſuper Decim. Eccleſiaſticis not. diſtinctio, junctâ bigâ Q. Q. practic.

122. Compoſitio, quod decimæ laicis ſolvantur, niſi ad tempus, & juſta de cauſa non valet.

123. Compoſitio, quod decimæ laicis ſolvantur, niſi ad tempus, & juſta de cauſa non valet.

123. Compoſitio inter Clericos, ut minus decima, aut de aliquibus non ſolvatur, valet; imò etiam ea valebit inter Clericos & laicos, *num. 124.* multo verò magis ubi approbata ſit à Papa, vel fiat circa modum ſolutionis, *n. 125.*

126. Compositio, ut perpetua sit, & obliget successorem, debet fieri cum auctoritate superioris.

127. Intellectus cap. *veniens de transact.*

128. Transactio, & compositio super decimis præteritis fieri potest sine consensu superioris.

129. Transactio de decimis futuris non solvendis fieri potest cum assensu superioris, si pro decimis compensetur Ecclesia in aliis; etiam dando aliquid temporale, puta prædium. *num. 130.*

131. Episcopales decimæ quæ sint, remissive?

132. Remissio decimarum Episcopalium valet, & est large interpretanda; extenditurque ad prædia acquirenda, dummodo fiat juxta canonicas sanctiones, *num. 133.*

134. Ecclesia, cui de jure communi non debentur decimæ, potest ea remittere alteri Ecclesiæ.

135. Remittere potest Ecclesia parochialis decimas sibi de jure communi debitas cum assensu summi Pontificis. An vero cum solo assensu Episcopi? *n. 136.*

CAP. IV.

Quinam teneantur ad solutionem Decimarum, vel etiam ab ea excusentur?

QVÆRO PRIMO, An omnes tam laici, quam Clerici, & Religiosi teneantur ad decimarum solutionem?

PRIMA CONCLUSIO. *Regulariter omnes (1) tenentur decimas solvere*; text. est in c. decimæ, 16. quæst. 1. tua, il. 2. seu tua nobis, de decim. melior in c. à nobis, eod. it. ubi gloss. & D. not. Rebuff. d. tract. q. 5. n. 1. & 2. Hisp. reg. 10. quæst. 11. n. 1. (n)

(n) Prima conditio, juxta datam Regulam, ut persona sit obligata ad decimas, est ea, ut sit *fidelis seu baptizata*; nam per baptismum unusquisque Ecclesiæ inseritur, ac subjicitur jurisdictioni & præceptis illius, quæ non obligant infideles, seu non baptizatos; quid enim mihi de iis, qui foris sunt judicare ait S. Paulus 1. Cor. 5. & 2 Cor. 6. Sive sit nobilis, sive ignobilis, & quidem non tantum futuras, sed etiam præteritas decim. c. Veniens. in f. de transact. Sicut omnes tributum Cæsari solvere tenentur *c. si tributum. cum seq. 11. q. 1. l. ult. C. sine censu.* ita multò magis decimæ, quæ sunt tributa egentium personarum *c. deci-*

ma. 16. quæst. 1. c. tua. 2. d. decim. aliàs, ut ipsi possessioni renunciet, compelli potest § *9. 7. Jur. Can lib. 2. de decim. num. 6.* Sunt autem inprimis personæ solventes decimas, omnes Parochiani, prædia Parochialia possidentes, sive ejusdem, sive diversæ sint religionis, adeò, ut etiam istæ solvi debeant à Saracenis & Paganis de terris ab eis possessis, *ut not. Oldr. ab A. nr. alleg. sub num. 38.* ub. de his prolixius infr.

Quamvis autem (2) *tam dominus, quàm colonus partiarius, qui fruges domino solvit, ad decimam teneantur*, c. à nobis, & c. tua nobis, ubi gloss. & Dd. de decim. *ad unam tamen duntaxat inter utrumque dividendam tenentur*, ut patet ex. d. c. tua nobis, ibi, sicut colonus de parte fructuum, quæ sibi remanet, & c. ubi id not. gl. Host. & alii. *Quomodo autem eam inter se dividant? dicam* inf. cap. 6. quæst. 4. concl. 5. (o)

(o) Sed hic conciliandi txx. jur. circa hanc quæst. Utrum Dominus prædii, an vero colonus seu conductor sit obligatus ad præstandas decimas, *ab A. nr. citati*, si scil. casus varii discernantur. Si enim. 1. Dominus prædii solum conducat operam, Coloni seu potiùs mercenarii, pro pensione v. gr. pecuniaria, ita ut omnis fructus ad Dominum pertineant, tunc haud dubiè Dominus erit obligatus ad integras prædiales decimas solvendas, non deducta

ducta pensione, quam solvit colono, cum fructus omnes percipiens teneatur ad decimas non deductis expensis c. 22, & 23. h. t. quæ pari modo procedunt, etsi loco mercedis tali nudo ministro & mercenario constituatur certa pars fructuum, v. gr. frumenti, &c. cum si fructus substituantur v. c. pecuniæ aliàs solvendæ mercenario, sive colligantur fructus, sive non. *Azor. l.7. cap.24. q 4.* Si vero secundò Colonus propriè d. conducat prædium pro certâ pensione pecuniaria solvenda Domino, ita, ut fructus prædiales omnes spectent ad colonum, tenebitur hic solus ad decimas solvendas. *Canis. c.4. num.2. Pirrhing. num. 48. h.t.* Si 3. Colonus sit Partiarius seu Mediarius, ut ajunt, i. e. si & Dominus partem fructuum, & Colonus alteram æqualem partem percipit, uterque ex parte sua æqualiter decim. solvere tenetur *cap. 24. s.t. Laym. c.2. n. 6.* & in eo casu observ. *Suarez. c.35. n.13.* ut decimæ prorsus integræ solvantur, posse adhiberi duplic. modum, quem vid. ap. eund.

Secunda Conclusio. *Clerici ergò tenentur decimas solvère* (3) *de bonis patrimonialibus sitis in propria, vel aliena Parochia*, ut voluit gl. in c. novum genus, quam sequuntur communiter Doct. ut testatur Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. num. 8. vers. Primum hinc constat, quam etiam sequitur D. Thom. 22. quæst. 87. art. 4. Sot. lib. 9. de just.

&

& jure, quæſt. 4. art. 4. optimus tex. in d. c. novum genus, & in c. ſi quis laicus, 16. quæſt. 1. *Quoad* (4) *perſonales vero text. eſt ſecundum Rebuff.* d. tract. q. 5. num. 6. & in d. c. novum genus *ubi Abb. & Innoc. idem Hoſt. & alii communiter*, in c. veniens, de transact. *Idem vero Rebuff num. 9. per eundem text. dicit* (5) *ſacerdotes, ex eo, quia non recipiunt Sacramenta, non teneri ad decimas ſaltem perſonales, licet contrarium velit Innoc.* d. c. novum. *Cogita.* (p)

(p) Clerici etiam Superioribus ſpiritualia, illis miniſtrantibus, ad decimationem tenentur. Quod autem *hodie* de ſingulis ſupra & j. enumeratis ſpeciebus prædictæ omnes perſonæ decimas non ſolvant, inde eſt, quia ab earum præſtationibus, partim privileg. partim præſcriptione, partim denique conſuetudine eximuntur. Nam lic. decimæ, quatenus neceſſariæ ſunt, ad Clericorum ſuſtentationem & mercedem, debeantur Jure Divin. & Nat. in Vet. Teſtamento tamen quota illarum, in Novo Teſtamento eſt Juris poſitivi. Unde fit, quod earum etiam ſolutio, certis de cauſis nonnunquam diminui, prorſusque negari poſſit. Habent ideò Monachi, & Clerici communiter viventes privilegium, ut decimas Parochiali Eccleſiæ ex terris & hortis propriis, quos ſuo labore colunt, & de quibus vivunt non

non solvant. De novalibus, de quibus alibi hoc tr. etiam propriis manibus ex cultis tenebuntur. Uti *hic pass. & ap. Frid. Martin. d. disp. Can. conclus. 11. cum. 3. seqq.* Ratio autem dubitandi, quoad hanc quæst. an Clerici seculares teneantur solvere decimas? potissima sumitur ex text. cap. 2. d. decim. Novum genus exactionis est, ut Clerici à Clericis decimas exigant, cum nusquā in Lege Domini hoc legamus; non enim Levitæ à Levitis decimas accepisse leguntur. Illi profectò Clerici, qui à Clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent. Quem text. 2. membris q. inter se contrariis constantem, variis interpretationibus *à Glossa, Panormitano, Aliisque obscurari* potius, quàm explicari, ait Wagnereck *in Exeg. ad cit. cap.*

Tertia Conclusio. *Tenentur Clerici, quicunque habent prædia ecclesiastica intra alterius Parochiæ fines sita, de iis solvere* (6) *decimas Parocho.* Hæc est magis communis opinio, ut testatur eam sequens Covar. d. vers. 1. hinc constat, quam tenent Abb. & alii, d. c. novum genus, idem Abb. in c. 1. post gloss. ibi de cens. Car. cons. 88. num. 4. *Unde canonici de fructibus suis tenentur decimas persolvere*, ut post Host. Innoc. & Butr. tradit Rebuff. d. tract. decim. q. 5. num. 8. (q)

(q) In

(q) In ſpecie etiam immunes ſunt à præſtatione decimarum Clerici & Monachi in communi viventes, *Can 47. cauſ.16. quæſt 1. c.3. d.decim.* Fratres Prædicatores & Minores, quoad fructus hortorum, *c. nimis.17 in f. x. d. Eccleſ. ædific.* Itemque excolentes novalia piorum locorum. *c. 21. x. de V. S.*

Nec referre videtur, (7) ſint ne ea prædia dotalia, vel non? juxta communem opinionem, de qua teſtatur Bal. novel. de dote, col.2. cui etiam accedit Card. d. conſil.88.n. 5. Covarr. d. num.8. verſ. Secundo licet, & Rebuff. d.q.5. num.20. *Quamvis contrarium voluerit* gloſſ.1. & fi. d.c. novum genus, per cap. quæſt.16. quæſt. 1. D. Thom. d.art. 4. & ibi Cajat. Balb. tract. de præſcript. 5. part. pr.q.7. *Sane rectores eccleſiarum, ſicut nec alii Clerici (8) tenentur decimas ſolvere aliis Clericis, qui ſuperiores non ſint, de decimis, quas ipſi recipiunt, ſicut nec Levitæ Levitis perſolvebant, ut in hac ſpecie not. Rebuff.* d. quæſt. 5. num.6. *cui libenter accedo, quoniam id ſatis apertè colligitur ex text.* in d. c. novum genus. (r)

(r) Sed, quid ſi Eccleſiæ alicujus Rector cum Monaſterio conveniat, ut ſibi de omnibus ſolveret decimas, poſteaquè Monaſterium per Privilegium à ſolutione decimarum eximatur,

tur, anne illud privilegium conventioni cum Rectore factæ obstabit? Et quod non obstet, nisi specialis de conventione illa in Privilegio facta sit mentio, verius est. *Fr. Mart. d. dispnt. conclus. 24.*

Prælati quoque (9) *tenentur ad decimas prædiales, ubi sunt prædia*, ut post Innoc. d. c. novum, & Card. cons. 88. n. 4. tradit Rebuff. d. quæst. 5. num. 3. *& de personalibus, ubi Ecclesiastica sacramenta recipiunt, vel audiunt divina*, Host. Henr. Boich. & Butr. d. c. novum, & latè probat Rebuff. d. quæst. 5. num. 4. (s)

(s) Utrum verò Prælatus decimas, quæ, antiquo feudo extincto, ad Ecclesiã redeunt, alii Laico de novo infeudare possit? Atque ajentem partem quod possit, sicut alias Ecclesiæ res in feudum dari consuetas, communi Dd. calculo defenditur. Et quemadmodum usufructuarius fructus suos alii locare; jus autem ususfruct. h. e. ipsam servitutem alienare vel locare non potest, cum aliud sit jus, aliud res ipsa. Sic etiam Clericus licet ipsum jus percipiendi decimas alii locare nequeat, proventus tamen decimarum propter easdem rationes alii locare, dummodo hujusmodi locatio ad feudum vel alienationem non extendatur, minimè prohibetur. Nec hîc prætereundum existimamus: quod privilegiatus super decimis teneatur eas solvere de prædiis conductis; &

& privilegiatus super laboribus propriis præstare soleat decimas de prædiis locatis. *Fr. Martin. d. disput. conclus. 40. c. 3 seqq.*

QUARTA CONCLUSIO. *Cistercienses, Templarii, & Hospitalarii* (10) *non tenentur solvere decimas prædiorum suorum, quæ propriis manibus, aut sumtibus excolunt*, text. est in c. ex parte, il. 1. & c. licet, de decim. *quod quia quidam intelligebant solum de novalibus, Papa* in c. ad audientiam, eod. tit. *exponit intelligi d. indultum debere non tantum de novalibus, sed etiam de prædiis, quæ propriis manibus à religiosis prædictis coluntur.*

Declara tamen, hanc conclusionem non procedere; Primo, ex possessionibus (11) *ab aliis conductis*, c. dilecti, eodem tit. & not. gloss. 2. d. c. ex parte, & Rebuff. de tract. qu. 14. num. 52. *Secundo, secus de possessionibus, quas post generale Concilium acquisierunt; nam de iis etiamsi suis manibus excolant, Cistercienses, & alii similiter privilegiati; tenentur tamen* (12) *decimas persolvere*, ut disponit text. c. nuper, eodem tit. *nisi acquirantur pro novis monasteriis ædificandis*, ut ibid. dicitur, *quo casu* (13) *tradenda erant aliis excolenda, à quibus decimæ ecclesiis persolvan-*

solvantur; sicque immunes erunt religiosi pro portione sua, non autem coloni pro sua; quomodo ego intelligo illum text. licet gloss. 2. & 3. dissentire videatur. Item declara omnibus aliis modis, quibus præcedenti cap. qu. 3. *declaravimus conclusionem secundam, quæ erat de exceptione religiosorum à novalibus, in qua etiam quæstione plane tractavimus de privilegiis & præscriptionibus, quoad novalia spectat; quare hic eam materiam omittimus.*

Quinta Conclusio. *Omnes alii religiosi decimas non solvunt* (14) *de nutrimentis animalium, hoc est, de animalibus, quæ ipsi nutriunt*, ut exponit gloss. in clem. 1. verbo, animalibus, eodem tit. *item de hortis suis non solvunt decimas*, text. d. c. ex parte, il. 1. hoc. tit. *Sanè quod de nutrimentis animalium dicitur, si expositionem gloss. admittamus, ita* (15) *demum procedit, si ipsi religiosi ea nutriant, secus si aliis nutrienda darent*, ut not. Anchar. d. c. ex parte. colum. 1. & Rebuff. d. quæst. 14. n. 57 *dicuntur autem & ipsi ea nutrire, si alii ea custodiant, sed vesperi ad monasterium reducant*, ut ibid. Rebuff. adnotavit. *Idem quoque dicendum est* (16) *de hortis, quos colendos*

 aliis

aliis traderent; tunc enim de illis decima solvi debet, ut ibid. tradunt Doct. *sicut* (17) *& de iis, quos colerent, & olera venderent; tunc enim decimas solvere tenentur, ut in specie tradunt Abb.* d. c. ex parte, *& Rebuff.* ubi supr. n. 58. *text. enim ille intelligendus est de hortis, quos ad usum proprium habent.*

SEXTA CONCLUSIO. *His casibus exceptis, omnes religiosi* (18) *tam exemti, quam non exemti tenentur de terris, & possessionibus ab eis acquisitis vel acquirendis solvere integre decimas parochialibus ecclesiis, quibus erant decimales, nisi speciali jure, aut privilegio super hoc muniti sint*, ut disponit textus, d. c. commissum, de decim. juncto c. fin. §. ceterum eodem titul. in 6. *Imò religiosi* (19) *omnes appropriantes sibi decimas etiam novalium sibi non debitas seu non permittentes solvi decimas, aut de animalibus familiarium, & pastorum suorum, vel aliorum etiam animalia suis gregibus immiscentium, aut de animalibus, quæ in pluribus locis emunt in fraudem ecclesiarum, & aliis locis tradunt tenenda, aut etiam de terris, quas aliis tradunt excolendas; si post requisitionem Ecclesiarum, quarum interest, à præmissis non destiterint infra mensem, aut si de his, quæ contra præmissa usurpare, vel retinere præsumserint,*

infra duos menses non satisfecerint damnificatis ecclesiis, tamdiu manebunt ab officiis, administrationibus, & beneficiis suspensi, donec destiterint, & satisfecerint; quique iis carent, excommunicationem incurrunt, à qua ante satisfactionem condignam non absolvuntur, ut disponitur in clem. 1. de decim. *ubi subditur, præmissa non extendi ad animalia, quæ per religiosorum ipsorum donatos, seu oblatos tenentur, dum tamen illi cum effectu se & sua donaverint, aut obtulerint illius religiosis.* (t)

(t) Regulà illa generalis, quòd etiam religiosi, spectato Jure Communi & antiquo, per se, & ratione personæ suæ teneantur ad decimas solvendas Ecclesiæ Parochiali, nisi privilegio, aut contrarià consuetudine, &c. eximantur, patet *ex c. multiplici. 3. & d.c. c.4. ex parte. ie. d. decim.* Nam de Jure Comm. etiam Regulares subjecti sunt Pastori Ecclesiastico, à quo, nisi aliunde sint quoad hoc exemti, deberent Sacramenta percipere, uti Laici, E. sicut hi ad decimas ex dicto fundamento obligantur; ita & Regulares; quemadmodum, olim Religiosi, quando ut plurimùm erant Laici, decimas solvebant *c. alia 6. & c. generaliter 40. & c. questi. 46. caus. 16. quæst. 1.* Evolv. Gonzal. *ad c. 4. de decim. num 8* Clarum est. 2. Religiosos gaudere quibusdam privilegiis in Corpore Juris clausis,

per quæ saltem certo modo eximuntur à decimis v.c. Decimas. *47 caus.16. quæst.1.* quod insinuatur etiam *d. c.10. d. dec* ubi tamen Alex.III. & ejus Antecessor Hadrian. prædictum privilegium restrinxerunt ad præallegatos *ab A.nr. sub num.10. & seqq.* solos Cisterc. Templar. & Hosp. de cæteris vero Religiosis immunibus à dandis decimis ex Novalibus suis, ex aliis autem prædiis suis ac bonis secus: *confer.cit. c.Nuper.34 h.t.præter allieg. Rebuff.Suarez. c,18.num 5.*

Accesserunt alia quoque privilegia extra Corpus Juris, quæ concessa Regularibus. Sed de his ag. ex instituto *Tamburinus de Jur. Abbatum tom.1. d.15 num.18. cum seqq. Barbos. d.off. & pot.Paroch.p.3. c.28. §.3. cum seqq.* Quædam tamen infr. in loco contrariorum, per quæ tollatur obligatio decimarum.

SEPTIMA CONCLUSIO. *Papa non tenetur decimas solvere; quia ipse est summus Sacerdos & Pontifex, ac minister Ecclesiæ, qui decimas aliis imponit*, clem. ult. de dec. & extravag. de dec. in commun. S. Thom. 2. 2. q.87. art. 4. art. 3. Sot. 3. lib. 9. de just. & jur. q.4. art. 4. Rebuff. d. tract. qu 3. n.3. & seqq. (u)

(u) Summus Pontifex per se, & ratione personæ suæ non potest obligari ad ullas decimas, frustra reluctante *Rebuff.quæst.5. num.26.* potest tamen per accidens obligari ad decim. ratione oneris realis. Unde si Cardinalis

aliquis

aliquis, antequam eligeretur in Pontificem, haberet prædia patrimonialia, vel alio modo propria, ratione quorum deberet alic. Ecclesiæ decimas, has ex eisd. bonis, & eid. Ecclesiæ debebit postea etiam electus pontifex pendere. *Vid. Suarez. c.17. num.10.*

Unde etiam in lege veteri, ad cujus similitudinem (21) *in nova quoque decimæ præceptæ fuerunt*, ut in specie S. Thom. d. quæst. 87. art. 1. & Sot. lib. 9. de just. & jur. quæst. 4. art. 1. adnotarunt; *ceteri quidem Levitæ summo Sacerdoti decimas dabant, ipse autem nemini*, ut habetur Num. 18. *quare quod ait idem Rebuff.* d. tract. quæst. 5. num. 26. *quod omnis homo, in quantum Deo subditus, sive sit Papa, sive Imperator, tenetur decimas Deo offerre, quia omnes sumus populus ejus, & oves pascuæ ejus, loquitur* (22) *de decima illa spirituali, quæ Deo offertur per jejunium, & pœnitentiam*, de qua idem Rebuff. d. tract. quæst. 2. num. 9. & quæst. 3. num. 31. *Imo neque Episcopus* (23) *tenetur decimas solvere, nisi summo Pontifici, tum quia ita in specie voluit* Thom. Trivis. in decis. Venet. lib. 1. decis. 29. num. 1. & 3. post Abb. in c. 2. num. 6. de decim. *tum quia nullibi hoc cavetur, tum quia nemini subditus est, etiam quoad spiritualia, & sacramenta, nisi summo Pontifici.*

Unde si Sacerdotes ex eo, quia non recipiunt sacramenta, sed aliis ea ministrant, immunes à decimis tam personalibus, quam realibus esse voluit Rebuff. d. q. 5. num. 9. *multò magis immunes erunt Episcopi quoad mensam saltem Episcopalem, ejusque prædia. Quod igitur asserit idem Rebuff.* d. q. 5. numer. 26. *post Andr. Hisp.* d. qu. 11. nu. 1. *Episcopum etiam quatenus Deo subditum teneri ad solvendum decimam Deo, intelligendum est de ea decima spirituali, quæ non nisi Deo datur: de qua supra dictum est. Quod tamen declara, Primo procedere solum in bonis Episcopi ecclesiasticis, quæ sunt de mensa Episcopali; de patrimonialibus enim* (24) *& aliis beneficiis ecclesiasticis, quæ tanquam privatus clericus habet, idem dicendum erit, quod supra* conclus. 2. & 3. *diximus de bonis paternis & ecclesiasticis aliorum Clericorum*; & hoc est, quod voluit Hispan. quæst. 12. num. 14. post Host. *Declara secundo, secus esse,* (25) *si bona hujus mensæ in alium per venditionem transferantur; nam tunc subjicerentur decimæ,* ut tradit idem Trivis. d. decis. 29. num. 3. ad not. per Bald. cons. 322. num. 2. lib. 4. & Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæst. 6. princ. num. 46. (x)

[x) Nec

(x) Nec Episcopi, nec parochi habent personalem obligationem præstandi decimas ordinarias, adeò, ut Episcopi non possint parochis imponere decimas, aut alias ejusmodi exactiones, Jure Communi non concessas. *Layman. c 3. num. 1. ex c. Nulli Episcopor. 62. & c. constitutum 60. & c. Prædicator 64. caus. 16. quæst. 1.* Possunt tamen ad eas teneri ex onere reali: quæ conclusio quomodo tripliciter procedat, leg. *Dom. Com.* Königl. *quæst. IV. th. 15. add. A. nr. c. 5. n. 3. Idemque sub n. 3. cum Covarruv. Rebuff. Gutier. Azor. stat.* non obligari ad decimas ex prædiis verè Ecclesiasticis seu dotalibus Ecclesiæ parochialis; si enim prædia ejusmodi sint specialiter assignata in sustentationem, eo ipso hab. rationem decimarum, quæ Parocho solvuntur ratione sui Ministerii; atqui ex decimis non solvuntur aliæ decimæ c. 2. de decimis.

Octava Conclusio. *Reges & Principes (26) tenentur & ipsi ad decimarum solutionem; prædialium quidem illi Ecclesiæ, in qua prædia sita sunt, personalium vero, ubi divina audiunt officia*, ut in specie tradit gloss. in c. omnes Principes, de major. & obed. Rebuff. d. quæst. 5. num. 25 Hispan. d. Reg. decim. quæst. 12. num. 1. & latè tradit Corset. in tract. de potest: reg. quæst. 37. quæ est in 3. parte illius tractatus; idem etiam voluit Hispan. d. q. 11. num. 1. *Quare non*

est exaudiendus Triv. s. dum d. decis. 29. numero 2. *vult, bona Principis non esse subjecta decimæ, per leg.* licitatio *; quæ alias incipit,* locatio ff. d. publ. *quæ tamen lex solum disponit, quod bona fisci sunt immunia à vectigalibus, non tamen rectè sequitur, esse immunia à decimis, quæ fundamentum & originem habent à jure naturali, & divino; puto tamen probabiliter, Reges & Principes non teneri* (27) *solvere decimas alicui Ecclesiæ Parochiali, sed Episcopo; sic loquitur* gloss. d. c. omnes, *in qua reliqui fundantur; & hoc, ut in aliquo præ cæteris in materia quoque decimarum privilegiati sint.* (y)

(y) Nam lex Ecclesiastica est universalis, generalibus verbis proposita, & in Principibus adest capacitas obligationis, & ejus fundamentum, quatenus etiam Principes seculares sunt in spiritualibus subjecti Pastoribus Ecclesiæ, quorum operâ & labore utuntur, &c. *Nec obst. d. l. Locatio. §. 8. ff. de publican.* Unde non nemo vol. inferre; Bona Principum non esse subjecta decimis. Quæ illatio falso nititur fundamento, quasi sc. Legislator civilis quoad decimas Ecclesiasticas quidquam posset disponere, cum tamen l. cit. solùm agat de propriè dictis vectigalibus, quatenus intra latitud. potestatis civilis, continentur. *Conf. hic Canis. c. 4. n. 1. cum c. tua. 25. d. decim.* Ob ein Lands-Fürst

Fürst seiner Herren Antecessorum Confession, worinnen sie bekennet/ und sich erkläret haben/ der Observantz nach/ das/ was Decimator antiquar. decimarum alicujus parochiæ vel villæ sey/demselben auch die Novalien gefolget werden sollen/ contraveniren könne? *N. per l. ex qua personâ. ff. de R. Jur. l cum à matre. C. de R. V.* cum etiam Principem electum, multò magis jure sanguinis succedentem defuncti factum præstare deceat. *Dd. ad l. digna Vox. C. d. L.L.* nam semper est unum Imperium, & Id. Ducatus. *Bl. Consil. 281. num. 17.* Et si Princeps cupit per se gesta observari à Successoribus, conseq. est, ut suor. prædecessorum factis, Venerationem præstet & custodiam: *c. justitiæ 25. quæst. 1.*

Nona Conclusio. *Pauperes & ipsi* (28) *tenentur ad decimas*, gl. c. qui tua, & ibi Gemin. 12. quæst. 1. Vinc. Jo. Andr. Butr. & Abb. in c. cum hominis, de decim. Franc. Mart. decis. Delphin. 198. num. 6. 2. par. Tyndar. d. tract. de decim. num. 38. usq; ad 43. & S. Thom. d. q. 87. art. 4. in fine, Rebuff. d. quæst. 5. num. 14. Viv. opin. 153. verbo, consuetudo non solvendi. Cornel. Benincas. in tract. de paupertate, quæst. 7. in 6. speciali num. 28. *Ratio duplex est; prima, quia prætextu paupertatis* (29) *non debet quis tenere aliena, vel peccare*, l. palam, §. non est ignoscendum, ff. de ritu nupt. cum

 simi-

similib. *Secunda, quia pauperes* (30) *tenentur de eleemosyna, quæ eis offertur dare decimam*, ut iidem Doctores adnotarunt, *solvitur enim decima; non modo respectu ecclesiæ, sed etiam in recognitionem universalis dominii*, c. tua nobis de decim. *Declara tamen primo hanc conclusionem, quod poterit pauper* (31) *unum pro alio solvere*, ut in specie voluit Franc. Marc, d. decis. 198. num. 8. *secundo*, (32) *secus esse, si is sit in extrema necessitate*, ut tradit Rebuff. d. qu. 5. num. 14. *nam tunc omnia sunt communia*, l. 2. §. cum in eadē ff. ad leg. Rhod. de jact c. si quis propter. de furt. *Imò & debet ecclesia remittere decimam pauperi, qui cogeretur omnia vendere, & mendicare, si vellet integram decimam solvere, quam longo tempore non solvisset*: ut tradit Rebuff. d. q. 5. num. 15. post gloss. in c. quæcunque 16. quæst. 7. ubi Turrecr. n. 1. post Host. & Goffr. idem Viv. & Benincas. & loc. citatis. (z)

(z) Paup. Christiani obligantur ad decimas, quia quoque solvuntur tanquam debitum ex justitia, at in solutione debiti non habetur ratio ad difficultatem *arg. l. 137. §. 4. ff. de V. O.* & consequenter neq; ad paupertatē, nisi post cessionem bonorum *arg. c. Odoardus. d. solut. & l. 1. ff. de cess. bon.* E. ita ferè *Rebuff. qu. 5. n. 14.*

Aff.

Aff. autem quoad impropriè dictos pauperes, nomine tenus seu respectivè, vel potius non divites, qui, etsi tenuibus reditibus aut lucris solvant decimas, adhuc habent necessaria ad se, familiamque suam alendam, teneri ad præstationem decimarū certum est. *Nec obst.* quod in certis casibus v. g. dispensationibus à summo Pontifice, vel Episcopo obtinendis pauperum nomine & favore gaudeant communi tantùm inopiâ laborantes, uti sunt rustici, opifices, &c. hoc enim totum negotium pendet à voluntate superioris dispensantis, & *praxi ac stylo Curiæ.* Præterea, si jam sermo sit de pauperibus, laborantibus non quidem extrema, sed ita gravi necessitate, ut, si solverent decimas, non haberent amplius necessaria ad se ac familiam commodè & ad statum suum congruenter alendam, sed potius aliunde v. gr. mendicato quærere debent necessariam sustentationem, aut sibi multum subtrahere, &c. dicendum videtur, eos forsan de summo juris rigore adhuc teneri ad decimas, *cū Canisio c. 5. Confer. Extravag. un. d. decim. inter commun. & videtur favere Gonzal. ad c. 4. h. t. n. 7. cum Tamburino tom. 1. de Jure Abb. D. 15. q. 10. num. 51.*

Decima Conclusio. *Leprosi tenentur* (33) *decimas solvere, si colunt agros, vel vineas, vel si vivunt per se in domibus suis, sicut* (34) *& Heremitæ, & alii laici observantes regulam S. Dominici, vel S. Francisci,*

cisci, etiamsi serviant monasteriis exemtis, ut tradunt Rebuff. d.q.5. num.22. & Hispan. d. tract: reg. decimarum, qu. 11. num.2. & 3. *alias si vivant in communi, & stent simul in uno loco, & domo, non tenentur dare decimas* (35) *de hortis suis in circuitu domus, neq; de animalibus suis ibidem pascentibus, seu eorum nutrimentis*, ut voluit Pontifex, c. 2. de Eccles. ædific. & not. Rebuff. d. num. 21. Hisp. d. num. 2.

UNDECIMA CONCLUSIO. *Iudæi quoque* (36) *de terris, quas colunt decimas solvere tenentur*, text. in c. de terris, eodem tit. *idem de Pagano, Turca, & Hæretico* (37) *notant ibi Doct.* Rebuff. post. alios, d.q.5. n. 11. Hisp. d. tract. quæst. 11. num.4. Silvester post alios in verbo, decima num. 3. *& ad personales* (38) *decimas Iudæos, & Hæreticos teneri concludit Rebuf*, d. num. 11. post gloss. in c. decimæ, 19 quæst. 1. *quia licet non audiant divina, non tamen stat* (inquit Rebuff.) *per Ecclesiam, quæ nemini claudit gremium; contrarium tamen voluit gloss.* d. c. de terris, *quoad Iudæos; ex quo, quia non sunt de corpore Ecclesiæ; cui accedit Hisp.* d. q. 11. n. 5. *& in Saracenis, quod ad decimas teneantur tradit* Lapus alleg. 63. Rebuff. d. qu. 5. n. 12.

Hisp.

Hisp. d. q. 11. num. 3. consuluit Old. cons. 91. Mant. cons. 188. col. 2. (α)

(α) Judæi, Turcæ, &c. non obligantur ad decimas per se, cùm quoad ipsos cesset subjectio, & ratio, ob quam fideles tenentur eas solvere: quod non solùm de personalibus decimis est intelligendum, sed etiam de personalibus, cum nec ad istas verè, ac formaliter spectatas teneantur infideles, utpote quoad suas personas non subjecti LL. Ecclesiasticis. *Barbosa in Jure Eccles. un. l. 3. cap. 26. §. 3. num. 4. & 5.*

Ubi tamen bene distinguit Id. inter obligationem directam ex præcepto decimarum qua tali resultantem, quæ solos fideles Ecclesiæ subditos stringit; & inter aliam obligationem q indirectam; seu aliunde quasi per accidens profluentem, dum etiam aliæ quæcunque personæ, aliàs præceptis Ecclesiasticis non ligatæ, possident v. gr. rem frugiferam, aut ejus fructus percipiunt, quibus aliundè decimarum onus incumbit, quod propterea communiter onus reale appellatur, quod transit ad quemlibet possessorem *c. 5. de pignorib. & arg. l. 7. §. 2. & l. 27. § 4. ff. d usufr.* atque vi talis oneris realis (in quod q. remotè tantùm Lex Ecclesiastica decimarum influit,) etiam Judæi v. gr. tenentur solvere decimas prædiales ex iis possessionibus, quæ jam prius onere reali decimarum affectæ ad Judæos quacunque ratione, titulo v. g. emptio-

emptionis aut alio pervenerunt *c. de terris, 16. d. decim. &c. c. quanto 18. d. usur.*

Unde à sensu contrario infertur, Judæos non teneri ad decimas prædial. ex iis possessionibus & fundis, quæ nunquã antea fuere possessa à Christianis, seu quæ nullo tali onere reali affecta transierunt ad Judæos, ut ex cit. cc. eruitur; & Zoës: *num. 18. h. t.* contrariam sentent. Abbatis *in c. 16. h. t. & Oldradi consil. 19.* vocat improbabilem, ut adeò propriè loquendo Judæi & alii infideles nunquam teneantur ad decimas formaliter tales, sed solùm q. materialiter, & aliundè, pront decimæ sunt onus connexum ipsi rei. Fusius *Suarez. c. 16. & 17. Laym. c. 3. num. 5. Pirrhing num 37. & 38. Gonzalez. ad c. 16. d. decim.* Id. *Suar. d. c. 16. num. 9.* suppeditat responsum ad hanc difficultatem: Si hæretici obligantur ad decimas, tunc si ad Fidem convertuntur, tenebuntur satisfacere de omnibus decimis, quas tempore præcedentis hæresis non persolverunt, consequens videtur nimis durum & contra praxin, E. hær. non obligantur ad decim. Dist. Maj. tenebuntur ad omnes anteriores decimas, nisi Ecclesia videretur remittere eam obligationem. Neg. Maj. Meritò autem præsumitur id de Ecclesia (saltem ordinariè) tum ad facilitandam conversionem talium personarum, tum ad multa alia incommoda impedienda.

Uti quoad infideles, qui è terris Ecclesiæ

inju-

injustè occupatis non solverunt decimas. *Dn. Com.* Königl. *quæst.4. thes.7.*

An vero meretrix, histrio, usurarii, & alii illicitè aliquid acquirentes teneantur ad decimas, sufficienter egimus in præcedenti cap. quæst. 2.

Quæro Secundo. An possit ex privilegio tam Laicis, quam Clericis competere immunitas à solvendis decimis?

Et quidem præmisso (39) *nullum Laicum, etiam Imperatorem posse eam concedere; ut est textus formalis, ubi Doct. in c. tua, il. 1. de decim. & not. Rebuff. d. tract. q. 13. num. 101. & alii passim.*

Prima erit Conclusio. *Episcopus* (40) *non potest alicui concedere hanc immunitatem per viam privilegii*, ita voluit Rebuff. d. q. 5. num. 28. & 32. *tum quia sunt à Papa* (41) *assignata singulis ecclesiis*, cap. 1. 13. quæst. 1. *tum quia in Concil. Cabillon. statutum fuit, ne ecclesiæ antiquitus constituta decimis* (42) *privarentur*, c. ecclesiæ, & seqq. 16. quæst. 1. *non potest autem Episcopus* (43) *contra Concilium dispensare*, ut tradit gloss. sing. in c. cum dilectus, de elect. Rip. & alii, c. 1. de judic. *sicut nec contra Canones*, Bal. & alii in l. omnes populi ff. de just. & jur.

Felin.

Felin.c. 1. n. 48. de constit. & c. quod super his, de major. & obed. ubi alii Doct. optimus tex. in clem. ne Romani, de elect. cum simil. *Atque ita tenendum est, quidquid dicere voluerit Hispan.* d. reg. decimarum, quæst. 12. num. 1. in princ. *Poterit tamen Episcopus* (44) *remittere decimas, maximè sua mensa debitas ex justa causa*, ut habetur in c. quia circa, de priv. cum ibi not. per gloss. & Doct. *Item poterit Episcopus* (45) *interponere decretum, & consensum in compositione super solutione decimarum*, opt. text. ubi Innoc. in c. 2. de transact. late Rebuff. d. tractat. quæst. 13. num. 20. & seqq. Nos latiùs inf. qu. 5. hoc eodem cap.

Secunda Conclusio. *Potest Papa* (46) *aliquibus etiam laicis privilegio concedere immunitatem à decimarum solutione*, text. sunt in c. suggestum, c. ex multiplici, c. à nobis, c. ultimo, de decim. c. accedentibus, c. si de terra, c. dudum, de privileg. & in specie notat gloss. 2. ubi ceteri, d. c. à nobis Tyndar. d. tract. maximè num. 64. Rebuff. eodem tract. q. 5. num. 28. & q. 13. num. 103 Hispan. d. qu. 12. num. 1. Covar. lib. 1. var. resol. c. 17. nu. 9: Vivi. in suis commun. opin. verb. privilegium, & verb. consuetudo, & alii

alii Canonistæ passim, & inter Theologos Cajetan. 2. quæst. 87. artic. 1. ubi id colligit ex S. Thom. Sot. libr. 9. de just. & jur. quæst. 4. artic. 4. latè post alios Henriq. in Summa Theologiæ mor. libr. 7. cap. 27. n. 3. inter Summistas Silvest. verbo decima, n. 11. *Laborant tamen gloss. & Canonistæ tenentes, decimas esse de jure divino, & naturali, in assignanda ratione, ob quam contra illud dispensare videatur summus Pontifex, cum tamen* (47) *alioqui non possit, cum sit immutabile*, 5. & 6. dist. per totum, capit. proposuit, de concess. præbend. in gloss. & c. quo jure, in fine, & c. seq. 8 dist. *Ideoque quod Papa* (48) *non possit tollere jus divinum, latè tradit inter alios* Fel. in c. quæ in ecclesiarum, num. 19. de constit. & Covarr. epit. de spons. & matr. 2. part. cap. 6. §. 9. num. 2. 3. & 4. & optimus text. in clem. ne Romani, de elect. *Et quamvis Papa* (49) *possit jus divinum interpretari*; ut docet Abb. & Dd. d. c. quæ in ecclesiarum, & Innoc. super eo, de bigam. & Covarr. ubi supra; *non tamen* (50) *potest illud limitare, maximè in spiritualibus, sed solum interpretari, quod invenitur limitatum*, ut not. Felin. d. c. quæ in ecclesiarum, n. 21. & 24. post Card. in c. licet, de elect.

Contra jus quoque naturale (52) *non potest Princeps ipse aliquid statuere in damnum maxime alicujus*, Felin. d. c. quæ in Ecclesiarum, num. 26. & ibi Abb. per clem. pastoralis, de re jud. Oldr. consil. 223. Alex. cons. 93. 4. part. Bart. in proœmio Digest. colum. 2. *Et quod non possit* (52) *contra jus naturale, & divinum dispensari, latè inter alios ostendit* Domin. Magdal. in tract. de numer. test. in testam. req. 3. part. cap. 3. num. 2. 24. & seq. *& videtur optimus text.* in c. literas, ubi gloss. Abb. & ceteri, de rest. spol. *Ratio vero illa, & distinctio gloss.* d. c. à nobis, *quam sequuntur Canonistæ magis communiter, quod possit Pontifex remittendo decimas alicui specialiter contra jus naturale dispensare, non tamen in totum tollere, quatenus etiam in consuetudine ab aliis admittitur, optimè refellitur à Covarr.* d. lib. 1. var. resol. c. 17. n. 8. vers. quibus me hercle opinionibus num. 9. in fine.

Dicendum ergò est, Papam (53) *posse aliquibus immunitatem à decimis concedere, cum jure humano Pontificio, non autem naturali aut divino derogetur. Fatendum quoque, non posse* (54) *in universum à summo Pontifice præceptum hoc tolli, non quia decima omninò*

omninò Jure Divino, aut naturali debeantur, sed ex eo, quod tale decretum esset irrationabile, nec conveniens Christianæ Reipubl. cujus interest spiritualium ministros inopes non esse, & quia juri naturali, ac divino congruit, laborantes in vinea domini mercedem aliquam decentem à laicis accipiant, quique spiritualia seminant, temporalia metant; neq; enim negamus de jure naturali, ac divino debere ministros ecclesiæ indigentes congruè sustentari, id enim Theologi quoque omnes fatentur, & latè concludit Covarr. d. c. 17. n. 2. in fin. & 3. fere per totum; *& nos etiam admonuimus*, sup. cap. 1. hujus tract. q. 3. (β)

(β) Aliter se res habet in Foro Stat. Protestant: qui superiori seculo per transactionem Passaviens. An. 1552. & plenam religionis pacificationem in Comitiis August. jussu Caroli Cæs. à Ferdinando R. German. Statibusq; Imperii initam, à Maximiliano II. Cæs. Anno 1566. confirmatam potestatem concedendi à solvendis decimis immunitatem obtinuerunt, *tr. Rümelin. in diss. ad A. B. c. 9. de aur. arg. & aliar. specier. mineris. thes. 9.* Junge R. A. zu Augspurg *de An. 1555.* §. damit auch obberührte/ꝛc. ita ut jura Episcopalia in provinciis statuum Evangelicor. non amplius Jure Papali, sive Pontificio Episcopis, vigore superioritatis, Krafft Lands-Fürstl. Obrigkeit. jure pacti conventio-

ventionisque competunt ; *Joh. Gerhard. in loc. de Magist. Politic.* §.174. *Chemn. de jure Episc.concl. 29. lit. C. Reinck l 3. concl. 1. c. 10. n.1. d. R. S. & E.* Hinc principes A. C. addicti Episcopi nominantur, ac potestatem utramque Politic.& Ecclesiast. exercent. *Spring.d. Pac. Relig.conclus 29. Matth.Steph d.Jurisdict. l. 3. c.4. num.13. & c.15. per tot.*

TERTIA CONCLUSIO. *Privilegium concessum religiosis, & aliis, de non solvendis decimis, etiam ex agris antiquitus cultis* (55) *non extenditur ad eas, in quarum possessione is est, cui de jure competant decimæ, puta ecclesia parochialis; ita Covar.* d.c. 17. nu. 14. *sic exponens Innoc. & Card.* in c. dudum, quod est antepen. de priv. *Oldr.* cons. 268. *& alios, absolutè dicentes, hujusmodi privilegium non intelligi de iis decimis, in quarum possessione aliquis est, cujus etiam sententia est Rebuff.* d. tract. quæst.13. num. 114. *secus verò* (56) *dicendum est* (inquit Covarr. loco citato) *si possessio sit apud eos, quibus non iure communi, sed privilegio, vel præscriptione competit jus decimas percipiendi, sic intelligens contrariam sententiam Abb. & aliorum*, d. c. dudum. *Ratio autem desumitur, ex verisimili, & præsumpta mente concedentis hoc privilegium, neque enim præsumi-

præsumitur Pontifex nosse jus, quod alicui præter jus commune competit, eive derogare velle, quod secus est, ubi competat de jure communi, juxta text, cum ibi not. in c. 1. de constit. in 6. Conf. Carpzov. in Jur. Consistorial. libr. 2. definit. 310. Addit. Artic. general. ordinat. Eccles. Saxon. sub num. 28. & 29. (γ)

(γ) An autem & quasi novo Privilegio concesso, antiquum & jus tertii præsumatur sublatum? Et sanè posteriori privilegio, nulla prioris, facta mentione, non censetur sublatum prius, aut jus tertio quæsitum. Quod quidem tum maximè obtinet, cum prius Privilegium clausulam continet derogatoriam; & multò magis qu. secundum privilegium speciale, nulla facta mentione primi generalis; tolleret in totum jus illius primi privilegiati, atque ita nimis præjudiciale foret. Quale est; Si S. Pontifex, postquam uni concessisset jus decimarum in loco aliquo, & dein quendam illius loci possessorem per immunitatem à solutione decimarum omnium illius loci prædiorum eximeret; non enim præsumitur, si S. Pontifex tam grave præjudicium inferri primo privilegio scivisset, quod concessisset secundum. Et hoc omnimodo procedere volunt, sive prius privilegium sit speciale, & secundum generale; sive primum generale,

& sec. speciale. Nam regula: generi per speciē derogatur, in privilegiis locum non habet.

Quin id ipsum adhuc verificari dic. non solùm qu. ex primo privilegio quæsitum fuit jus in re, sed etiam ad rem. Est autem jus in re, quod de præsenti competit. Jus ad rem, quod quidem de præsenti non competit, sed tamen spes est de futuro. Quod autem dixi posteriori privilegio nulla prioris facta mentione, prius non tolli; fallit, si prius privilegium, sit insertum Corpori Juris, vel Juri Communi conforme, idemque, quod Jus Commune & nihil ultra contineat. Idem etiam obtinet, si privilegium admodum sit vulgare, vel si Princeps secundum concedendo privilegium saltem in genere de alio jam altero concesso cogitet, quoniam & tum prius, etiam nulla ejus facta mentione tollitur per posterius. Evanescit denique etiam privilegium prius, quotiescunque secundo talis derogatoria adjicitur Clausula: Non obstantibus quibuscunque privilegiis in contrarium facientibus, etiamsi opus sit, specialem de illis facere mentionem, quorum tenorem de verbo ad verbum habere volumus pro expresso. *Fr. Martin. d. disput. Can. concl. 24. cum multis seqq.*

QVÆRO TERTIO. An laicis possit ex privilegio concedi jus decimandi, seu decimas percipiendi?

Suppono regulariter jus decimandi tan-

quam

quam spirituale (57) *non posse laicis competere, ideoque ejus juris illos esse incapaces*, opt. text. ubi omnes Canon. in c. decimas, 16. q. 7. c. causam, de præscriptione. & c. 2. de jud. gloss. communis in c. quamvis, de decim. inter Theologos. id tradit S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 3. & ibi Cajet. idem not. Covar. d. c. 17. n. 5. & 6. Rebuff. d. tract. quæst. 10. num. 17. & quæst. 13. n. 38. 39. & 73. Andr. Hisp. d. tract. reg. decimarum, quæst. 13. num. 6. Trivis. decis. Venet. 29. n. 4. Germon. loc. infr. citando & Henriq. in summa Theol. mor. lib. 7. cap. 27. num. 2. (δ)

(δ) Quomodo decimæ ad Christianos Principes & alios pervenerint? *Lehm. in Chron. Spir. l. 5. c. 47. §.* die 7. und 8. Gerechtigkeit/ ꝛc. *f. 546. refert:* Imp. Frid. I. adversus indignationes Pontificum, quod Laici decimas possideât, in Comitiis hujus rei causam proposuisse: Scimus, decimas & oblationes à Deo Sacerdotibus & Levitis primitus deputatas; sed, cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur Ecclesiæ, easdem decimas Præpotentes & Nobiles Viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut Ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valeret. *Cranzius l. 1. Metropol. c. 2. Al. rat. add.* cum non satis fiderent Pontifices, sua jura à Laicis Principibus tueri dedisse arbitror, partem decimarũ Principibus in manum per speciem feudi & beneficii,

mallentes amittere dimidiũ quam totum. Inde factum, ut à Principibus transirent in ministeriales. Itemque ferunt, indictas populo decimas de more Christicolarum non pervenisse Pontifici primum, sed Regiis præfectis, ut inde stipendia militibus, & sumptus facerent crebrarum in eam gentem expeditionum; tributor. enim nomen horrebat libertati adsuetus populus: Sed decimar. exactionem recusare non poterant. Hinc quæstio orta: An Principes secundas jure decimas percipiant? Affirm. non tantùm de his, sed & Rebuspubl. Christianis, personisque tam publicis, quàm privatis id, quod, præter antea dicta, constat etiam. 1. Ex 1 Reg. 8. vers. 15. & 17. vid. *Carpzov. Jur. Prudent. F. l. 1. thes. 8. d. 138. num. 2.* quod res. 2. Ecclesiæ sint spirituales, ut Sacramenta; vel temporales, ut sunt prædia, domus, & fructus decimales. Unde apparet, decimas, cum animæ causa non sint institutæ, bona tantùm Ecclesiastica temporalia esse, ad DEI cultum, non nisi mediatè inservientia; hincque sequitur, jus illas percipiendi non esse spiritualiter, essentialiter, absolutè & effectivè tale, sed Ecclesiasticum temporale, adeoquè Laicis ut concedatur, Laicique jure decimandi, quod ante Concilium Lateranens. titulo Feudi ab Ecclesiis nacti sunt, adhuc gaudebant *per text. express. in c. 2. vers. sane d. decim. in 6. c. cum Apostolicæ 7. in f. x. de his, quæ fiunt de Prælat.* Quare etiam in constitutione de Pace

Reli-

Religionis Anno Christi 1555. in Comit. August. promulgata *§. 6. ita quoq; de Bonis Ecclesiasticis sancitum: Verb.* Dieweil aber etliche Stände / rc. quam sent. etiam amplectitur *Syring. in Disput. Inaug. Thes 39. vers. cui consequens est, &c.* & 4. adhuc rat. stabilire conatur.

Quomodo vero, & quo sensu (58) *quid spirituale sit? tradunt latius* Rebuff. ubi supra, & Germon. de sacror. immunit. cap. 19 num. 57. & 58 *His præmissis erit*

Prima Conclusio. *Regulariter Episcopus* (59) *non potest jus percipiendi decimas laicis concedere*, text. optimus in c. pervenit 1. quæst. 4. & c. bene quidem, & in c. venerabilis, de consi. util. not. Grat. in sum. 16. quæst. 7. Abb. in c. contingit, de arbit. Rebuff. d. tract. quæst. 5. num. 32. & qu. 13. num. 73. *Declara tamen* (60) *hanc conclusionem primo, posse concedere aliis Ecclesiis, cum aliqua causa*, text. in c. plures, & c. statuimus, & c. fi. ubi gloss. 16. quæst. 1. & not. etiam Rebuff. d. num. 32. *Secundo, posse* (61) *Episcopum alicui laico ex justa causa, puta quia ecclesiam ejusve patrimonium à tyranni oppressione liberaverit, concedere ad vitam aliudve tempus, non quidem jus percipiendi decimas, sed ipsarum decimarũ fructus, & ut eas quodãmodo nomine, & titulo eccle-*

sia consequatur, ut voluit gloss. & magis communiter Doct. in d. c. quamvis, de decim. Gard. c. cum Apostolica, colum. 4. de his quæ fiunt à Prælat. Abb. c. ad hæc, de decim. Hispan. d. tract, quæst. 12. num. 1. & 13. num. 9. Rebuff. d. tract. q. 10. n. 34. & quæst. 13 n. 110. Covarr. d. c. 17. n. 5. Bald. l. ususfructus, ff. de jure dot. & inter Theologos S. Thom. d. quæst. 87. art. 3. & quodl. 2. art. 8. *Tertiò declara*, (62) *posse concedi ab Episcopo cum consensu ejus, de cujus interesse agitur in vim non privilegii, sed alienationis cum causæ cognitione, & aliis solemnitatibus*; *text.* est in c. de his quæ fiunt à Prælatis, *prout* (63) *intelligit Rebuff.* d. quæst. 5. num. 35. *& tunc jam non erit spirituale jus tali laico concessum, cum spiritualia non ministret, sed temporale, hoc est, fructus & commoditas decimarum, quæ quid temporale sunt*; ut inter cæteros notavit Abb. in c. ad hæc n. 4. de decim. Rot. Rom. decis. 2. num. 1. de jud. *Nisi velimus dicere cum gloss. Abb. & Host.* d. c. 2. *illum text. loqui de decim. concessis Clerico ad breve tempus, vel cum eodem Innoc. Host. 70. An: de modica decima, vel de remissione decimæ, ut ibid. not. Abb. & Innoc. Quarto declara nemini dubium esse, posse* (64) *laicos Sacer*

dotum

dotum nomine, jure, & titulo conductionis decimas percipere, prout quotidie percipiunt, & exigunt, ita gl. Abb. Anan. & alii, in c. querelam, ne Prælati vic. suas, Rom. cons. 226. Dec. cap. 1. num. 14. & Rip. num. 115. de jud. Covar. d. c. 17. num. 5. vers. sic & laici, Rebuff. d. q. 10. num. 34. Gemin. & alii in c. fin. de for. compet. in 6. optimus tex. in c. vestra, de loca. d. c. querelam, ne Præla. vic. suas, cum aliis concord. relat. per Hispan. in regul. decimarum, §. ult. num. 7. *& novissime Caroc. neminem horum, sed alios allegans* tract. locat. & cond. tit. de decim. num. 6. & 7. *qui tamen* numero 12. *concedit post alios* (65) *posse etiam decimas locari ad vitam conductoris, accedente maximè superioris auctoritate*. (1)

(1) Hier ist vor nöthig erachtet worden/ hernachfolgend- practicirten- doch unfürgreifflichen Bericht vom Zehend-Verkauffen und Bestehen/ ꝛc. bey zurücken. Dann

Weilen es mit Verkauff- und Verleihung der Zehenden nicht aller Orten gleich/ sondern wie so wol das alte Herbringen / als- und auch die absonderlich verfaßte Ordnungen es an die Hand geben / gehalten wird. So habe hiemit alleinig auf das jenige/ was etwa selbsten observirt, reflectiren, hierunter aber/ besser Berichteten gantz nicht vorgreiffen / sondern nur in

in wenigem eröffnen wollen / daß mir in diesem Passu zweyerley Modi bekant / dann I. wird der Zehend / nach deme man die zehendbare Felder vorhero fleissig beritten und in Augenschein genommen/auf die von denen Beamten vorlegende Specificationes der Jaucharten / und jeder Art Frucht / wie viel sie zu Zehenden ertragen möchten / ungefährlich an- und überschlagen / darauß ein gewisses Quantum berechnet/ und solcher gestalten oder bißweilen auch höher denen darum sich anmeldtenden Unterthanen käufflich angebotten / wann sie sich nun auf ein gewisses herauß lassen / wird man gemeiniglich so lang handlen und marckten / biß man endlichen beederseits zu einhelligem Schluß gedeyet. Wo nun den Unterthanen bewust/ daß dem Zehend-Herren der Selbst-Einzug unfürträglich / oder gantz unbequem/ zumalen dergleichen zu thun in vielen Jahren nicht im Brauch gehabt / geschiehet es wol mehrmalen / daß die handlende Parthenen sich auf ein gewisses / wie viel sie nemlichen geben wollen / heimlich vereinbaren/ und so dañ zu der Zehend-Herrschafft mit geringem Præjudiz und Abbruch gar zu wenig schlagen. So thun hierinnen fürsichtige Beamten sehr wol/wann sie sich angelegen seyn lassen/nicht nur eine/ sondern verschiedene Partheyen auf- und beyzubringen/ welche dann bißweilen wider einander zu stehen/ und je eine die andere besser an das Brett zu bringen pflegen. Und ist sonderlich vorgemeldte heimliche Verständ-

ständnüß dahero abzumercken / wann etwa in unterschiedlichen Jahren nur einerley Personen / oder einige Parthey sich anzumelden / um ihren vorhin verspürten guten Nutzen und Vortheil immer besser zu geniessen / in Ubung gehabt. Der II. Modus, nemlich der Verkauff beym Auffschlag ist sonsten bey dem löbl. Hertzogthum Würtemberg in viridi observantia, und zwar auf folgende Art und Weiß; daß nach dem die berait- und ungefährliche Anschlagung obgemeldter massen beschehen / wird solcher E. gantzen Gemeind nechst Verlesung verschiedener Zehend-Articul uñ beygefügter nothdürfftiger Erinnerung mit Beneñung deß Failbots / und wie viel vor jeden Auffschlag oder Auffstraich determinirt, öffentlich fail gethan; folgends ein kleines Liechtlein auffgestellet / und so lang es brennet / einem jeden Unterthanen darumben sich anzumelden erlaubt / jedoch daß bey jedem Angeben 1. 2. 3. oder auch mehr Simmeri / oder auch nach deß Zehenden proportion und Beschaffenheit / Schöffelweiß dem angesetzten Quanto addirt, und dieses so lang continuirt wird / biß das Liechtlein erloschen / da dann dem letzt-angebenden der Zehend gleichsam heimgefallen / selbiger auch für den wahren Zehend-Beständer allein zu achten ist. Damit aber der Zehend durch berührten Auffschlag desto höcher gebracht werde / hat man bißhero in üblicher Observanz gehabt / die anzeigende Personen mit einem Glaß Wein zu encouragiren, so

man

man sonsten den Auffschlag, Wein zu nennen pflegt; Actu hoc ita finito, wird denen Zehend-Beständern / nach Anleitung Fürstl. Ordnungen / die Bürgschafft auferladen / selbigen die fleissige Lieferung guter / gerechter / wolgemachter Früchten / nochmalen Amtlichen injungirt, einiger theils Orten herkommliche Zehrung angestellt / und so dann die gantze Verichtung in einen jeden Zehend-Ort / samt der eigentlichen Beschaffenheit der Felder / vor jährigem Ertrag deß Zehendens / auch der Zehender Namen und Bürgschafft in einen außführ- und umbständlichen Bericht verfasset / und an seine gehörige Balley eingeschickt / 2c.

Was für allerhand Betrug / Untreu und Falschheit an Seiten der Zehend-Käuffer und Unterthanen / so wol in grossen / als kleinen Zehend-Sachen bißweilen unterlauffe und verübet werde / gibet / neben der Experienz, obangezogen Vor-Jahren von etlichen Hn. Hn. Geistlichen / deß Flachs-Außmessens halben / producirtes Memoriale nicht weniger zu erkennen. 2c.

SECUNDA CONCLUSIO. *Quamvis laici juste possideant decimas sibi in feudum etiam perpetuo ante Concilium Lateranense concessas à Prælatis*; (66) *secus tamen de his, quæ post illud concessa sunt*: text. est in c. cum Apostolica, de his, quæ fi. à Præla. & c. quamvis, ubi gloss. & c. prohibemus, de

de decim. Idem habetur in c. 2. §. ſane eod. tit. in 6. not. Rebuff. d. q. 13. num. 79. & 80. Covarr. d. c. 17. num. 5. verſ. olim ſanè, Menoch. de præſumt. l. 6. concl. ſeu præſumt. 86. num. 2. poſt alios. *Et licet text. d. c. prohibemus, quod ex eodem Conc. ſcriptum eſt, inſinuare videatur, laicos cum animarum periculo decimas poſſidere, quas etiam ante illud Concil. obtinuerunt; tamen vel loquitur de obtentis, ſine legitimo infeudationis jure, vel de laicis non exhibentibus eccleſiæ debita obſequia, & ſervitia, quæ ratione feudi exhibere tenentur*, prout optimè exponit Covarr. d. num. 5. verſ. & dubio procul, in fine. (ζ)

(ζ) Hoc loco ſit iſte caſus noſtris temporibus ſat frequens: Cajus ex antiqua Comitum ſtirpe oriunda cum ampliſſima hæreditate paterna ad ſe devoluta accepit, & plurimis annis jam uſurpavit, more Majorum ſuorum, longè ſupra 100. an. protracto. Jus colligendi decimas ex prædiis multarum Parochiarum; licet non conſtet, quomodo jus illud ſit olim devolutum ad Caji Familiam. At Parochorum quidam non tantùm pro Foro conſcienſciæ ſcrupulum movent Cajo, ſed volunt etiã in Foro externo litem intentare eidem, tanquam iniquo poſſeſſori decimarum, utpote Laico, qui ſit incapax ejus Juris, potius ad Parochos

rochos spectantis. Unde Cajus, vir bonæ conscientiæ quærit, an in Foro seu Externo, seu Interno possit obligari ad cedendum dicto Jure hactenus usurpato; vel an possit se tueri sive viâ præscriptionis saltem ratione immemorialis temporis, sive quacunque tandem aliâ viâ licitâ? Facilè confitentur omnes. 1, Posse Laicos decimas detinere vel justè percipere, (etiam absque Privilegio Pontificis, aut Infeudatione sibi vel Majoribus suis legitimè facta) si nimirum vel ab Episcopo, vel Parocho, v.gr. in Laicos transferatur sola commoditas seu licentia colligendi decimales fructus non proprio Laicorum nomine, sed nomine Ecclesiasticorum, ita, ut jus ipsum decimandi seu directum, seu utile non alienetur: canis, c. 13. num. 11. & 12 ubi addit: extra controversiam esse, sic posse Laicis elocari fructus decimarum c. 2. d. Locat. modò nempe non negligantur solennitates aliunde à Jure requisitæ. Fatentur 2. Posse decimas ex Privilegio Pontificio penitus separari à spirituali titulo, ita, ut fiant quasi Laicales, & concedantur Laicis in perpetuum, tanquam bona patrimonialia sæcularia: quo in casu sicut vendi, permutari, donari, &c. possunt cuicunque; sic etiam contra Laicum præscribi poterunt, *Antonelli d. temp. legal. l. 2. cap. 37. num 17. Felin. in c. 7. d. præscript. Aug. Barbos. d. pot. Paroch. p 3. c. 28. §. 2. num. 54. Fel. Oliva d. Foro Eccles. p. 1. quæst. 7. num. 58. cum seq. Cum Menoch. Illustr. Controv. 6. arg.*

89. atque talia fieri juxta recepta consuetudinem Hispan. Lusitan. & Galliæ, testantur *Petr. Barbos. in l. 34. num. 4 ff. sol. matr. Gutierrez. l. 1. Pract. QQ. 15.* & de Germania idipsum aff. *Pyrrhing. num. 149 h. t.* & insinuat *Lud. Engl. n. 37. h. t.* Hunc sententiarum conflictum pro- & contra *pertr. D. Com.* Königl. *in controv. 3. fol. 93. usque ad f. 108.* Quid ergò pronunciandum? an Laico juxta speciem facti initio positam favendum? an vero personis Ecclesiasticis seu parochis? paucis litem diremeris, si utrique parti, quod justum est, attribuas. Fatendum quippe est, succumbere Laicum, si solâ præscriptionis viâ se tueri velit; vincere autem & Parochos succumbere, si Laicus postremo fundamento, quod *ap. præfat. A. num. 14. & 15.* est expositum nitatur: Quod ipsum paucis verbis expressit *Aug. Barbosa l. c. num. c. 2.* dum ait: ex Autoribus constare ad nr. casum de Laico decimas præscribente, ut succumbere debeat, si immemoriale tempus in vim præscriptionis allegavit, & tamen tuendus, si in sua possessione privilegiũ Rom. Pontificis alleget, & in probationem ostendat, possessionem temporis immemorialis, &c. Prima pars quoad Victoriam parochorum contra Laicum volentem præscribere vi temporis immemorialis, optimè evincitur rat. & autorit. s. à n. 3. usq; ad 9. ab A. adductis. Neq; huic parti obst. quod ex *Rota n. 8. in f.* adduxit *Card. Luc. l. c.* Nam *Id. A.* ostendit *n. 18. & seq.* in ea specie facti non potuisse satis probari possessionem immemorialem

Laicorum Comitum, cùm potius cœperit constare devitioso initio, & facta Laicis concessione decimarum non à Pontifice, sed solo Archiepiscopo post Concilium Lateranense; ut adeò ex illis Rotæ decisionibus nihil generali-ter in favorem Parochorum hauriri possit. Altera verò pars postremæ assertionis in hoc numero factæ probanda solùm est ex postremo fundamento *num.14. & 15.* in Favorem Laicorum exposito. Non modicam præterea utilitatem etiam in parochos redundare contra Laicum juxta nr. speciem facti præclarè adverterunt Suarez, Layman. *Pyrrhing*, Ludov. Engl. & alii ll. cc. Si enim Laicis permitteretur propriè decima præscriptio juris decimandi vi temporis immemorialis, longè majori favore gauderent; quia tunc probato tempore immemor. & consequenter præscriptione, acquisivissent jus absolutum & non revocabile, etiamsi forsan postea inciperet constare de illegitima translatione olim facta, modo cætera ad præscriptionem requisita adfuissent: at si Laicis solùm permittatur vi temporis immemorialis præsumtio privilegii olim concessi, non autem vera præscriptio, tunc per contrariam veritatem patefactam v. gr. per instrumenta clarè demonstrantia, quòd nunquam dictum sit privilegium ejusmodi, rueret tota vis possessionis immemorialis. Non enim dicta præsumtio privilegii ex immemoriali Laicorum possessione desumta est præsumtio juris

& de jure, contra quam nulla admittatur probatio in contrarium, cum id nullibi sit in jure expressum. *Ludov. Engl. num. 29. h. t. cum Cans. c. 9. in fin. Pachin. contr. l. 8. c. 33. Arn. Rath. de Usur. c. 5. assert. 47.* Quod & Alii passim supponunt cum Layman. c. 6. nu. 9. ubi dicit: in tali casu præsumtio justitiæ ac tituli, quæ ob ignorationem antea oriebatur ex temporis diuturnitate; cognita jam veritate tollitur.

Fuit autem hoc Concil. Lateranense, (67) non illud generale Concilium Lateranense, de quo passim Canones Gregorii IX. mentionem faciunt, quod celebratum fuit sub Innoc. III. Anno Domini 1215. sed aliud Lateranense non generale, celebratum sub Alex. III. Anno 1179. ut ex Platina, Sabellico, Volaterrano, & aliis tam Doctoribus, quam Juribus, ostendit Covar, d. vers. & dubio procul. Pavin. de visit. 2. part. c. 5. num. 96. Menoch. d. l. 6. præsumt. 86. n. 2. & Rebuff. in Concord. rubr. de approbat. convent. per Lateran. Concilium fact. (η)

(η) Huic opinioni ex eo magis insistendum, quia Alex. III. circa Ann. 1178. Romæ Concilium Generale celebravit. *Tyr. 21. cap. 26. & Innocentius III. saltem declaravit. v. c. 8.* Wernl. *cum Addit.* In hoc Concilio prohibitum fuit, decimas in feudum dare, ut patet ex Inscriptione *c. 19. x. d. decim.* Hinc quær. an decimæ

ante Concilium Lateranense acquisitæ sive concessæ à Laicis retineri possint? *Aff. c.2.§. sanè quamvis d. decim. in 6 confer. c.7. x. de his, quæ fiunt à Prælat.* Indeque Interpp. inferunt, Laicos decimas ante Concil. Lateranense in feudum receptas licitè quidem possidere, sed non sine periculo animæ, utpote cessante Ecclesiæ necessitate, ob quam eas in feudum acceperunt, nec tamen propterea invitos cogi ad resignationem. *Canis. ad c. 13. d. decim. num. 8. Molinæus ad consuet. Paris. §. 46. num. 19.* In Synodo Matisconensi II. Ann. 587. habita Can. 5. quale de decimis decretum? Itemque in Synodo Moguntina, quæ jussu Carol. M. anno 813. habita Can. 38. Evolv. *Addit. ad c. 8.* Werni.

Idem quoque ex emphyteusi dicendum est, quod nimirum (68) Laicis non possint decimæ eo tit. à Prælatis concedi, saltem post Lateranense Concil. ut in specie not. Abb. in c. ad hæc, num. 4. de decim. *Ac ratio illa est, quam idem quoque Abb. indicat, quoniam sicut per feudum; ita per emphyteusin utile dominium transfertur; & valet (69) argumentum à feudo ad emphyteusin*, ut late inter cæteros deducit Clar. §. feudum quæst. 3. & Everhard. in loco à feudo ad emphyteusin per totum. *Sed neque à Laicis (70) pignorari possunt ab iisdem detentæ decimæ ipsis quoque ecclesiis*, c. fi. ubi gloss. & Doct. de decim

decim. *nisi pignorentur illis ecclesiis, quarum decimæ sunt*, ut ibi not. gloss. & alii, satisque ex eo text. colligere licet. (θ)

(θ) Lic. enim decima, tanquam res spiritualis & Ecclesiastica pignorari aut vendi non possit, tamen possunt fructus ejusdem per *c. vestra quod est 2. x. de locat. Spec. t. t. de pign. §. 1. col. ult. vers. quid de decim.* Ubi etiam dixit, quod in Laicum transferri possint, idque ad tempus vitæ Laici. Ubi tamen observ. quod hodierna luce res Ecclesiæ vel ad Ecclesiam pertinentes omninò vendi possint, præsertim in terris protestantium Quæ autem ad talem alienationem requirantur. *Vid. Addit. ad* Wernl. *c. 6. l. 2.* sub verbis: Ohne Vorwissen und Bewilligung ihres Herren Ordinarii, &c. Confer. *Ordinat. Palatino Neoburgic.* de alienatione bonorum Ecclesiasticorum: So ist unsere ernstliche Meinung / daß niemand / ꝛc. *Al. conf. Addit. ad l. 3. c. 1. p. 113. cum seq.* Quomodo vero æstimatio fieri debeat in decimarum venditione? Et æstimationem decimarum fieri debere sec. reditus, quia decima præstatur ex fructibus, *arg. l. pen. ff. d. Magistr. Conv. in pr. & l. 3. §. divi Fratres. ff. d. Jur. Fisc.*

An autem retractus competat in venditione decimarum? N. quia de Jure Commun. Dominis decimarum permissum est, decimas pro libitu alienare, absque impedimento, vel ejus, qui decimas præstare tenetur, id quod etiam Jure Bav. cautum sit *in tit. 28, art. 8.* Verb.

Wie der Zehend-Herr mit seinen gebührenden Zehenden handelt/2c. 2. quòd ejusmodi pactum super decimis non sit vera emptio-venditio, adeoque etiam jus retractus locum non habet, qui regulariter saltem valet in empt. V. sed non in aliis contractibus, e.gr. permut. locat conduct. transact. divis. & simil. *Berlich. conclus. 40. n. 34. Tiraq. d. jur. retract. § 1. gloss. 2. num 3.* Verum enimverò quia fructus pendentes, puta, si frumentum vendatur in herba vel non separatum à terra, vel vinum existens in uva, & annui reditus sive jus percipiendi decimas ex fundo alieno inter immobilia computentur *Nov. 2. & l. 2. C. de S. S. Eccles.* quia immobilibus adhærent, & stabile subjectum, inque actu semper permanens, ut inquit *Tiraq.* & pars fundi censentur *L. 44. de R. V.* æquè ac cæteræ res immobiles rectè retrahuntur. *Fusius & per præjudic. in Addit. ad* Werndl *lib. 3. cap. 1. p. 221. cum seqq.*

Hanc vero conclusionem principalem declara, ut Laici obtinentes in feudum decimas ante Later. Concil. (71) *possint eas, ex consensu tamen Episcopi, in aliquam Ecclesiam transferre, ut eas ipsas Ecclesia eodem titulo obtineat*; txt. est in c. cum & plantare, in princ. de privil. & c. 2. §. sanè, de decim. in 6. facit c. prohibemus, ext. eodem tit. & d. c. cum Apostolica, de his quæ fiunt à Prælat. ubi gloss. & est communis Doct. opinio, prout refert,

refert, & sequitur Covar. d. nu. 5. vers. præter hæc. *Non tamen poterunt istæ decimæ* (72) *in alios Laicos feudi titulo transmitti etiam de consensu Episcopi*, ut habetur d. c. cum Apostolica, & c. prohibemus, ubi Host. Jo. An. & Abb. Covar. alios referens, ubi supra; idem notavit Rebuff. d. quæst. 10. num. 11. ubi cum multis num. seqq. latè exponit text. d. c. prohibemus, licet alii in hoc contrarium velint, quos refert, & sequitur Fren. Vasq. controv. illustr. c. 89. num. 2. *Verum retenta prima opinione*, (73) *procedit etiam in iis decimis, quæ antiquo feudo extincto ad ecclesiam redeunt, prout ex iisdem Doct. (Rebuff. excepto, quem ipse nusquam in eo cap. allegavit) colligit Covarr.* loc. cit. *& late tradit Menoch.* de præsumpt. 86. num. 3. *quamvis alios ibidem referant in hoc contrarium sentientes, quod etiam tenere videtur gloss.* 2. d. c. prohibemus, & *latè probat Clar.* §. feudum, quæst. 13. vers. sed quæro. (j)

(j) Utrum Laicus, qui ab Ecclesia decimas in feudum accepit, & ante Concilium Lateran. recognovit, easdem alii Clerico vel Religioso, non proprio Parocho, ad quem de Jure Commun. decimæ pertinent, absque consensu Episcopi restituere possit? Ut hîc, & in super not.

quod Laicus ex consensu Episcopi antiquas duntaxat, non autem novalium decimas, quas ante Lateranense Concil. adeptus est, in Ecclesiam aut Personas Ecclesiasticas transferre possit. Nam Laicus in Laicum, ne quidem Episcopi Auctoritate alienare eas potest. Verùm dubitabit quis forsan, quomodo Laicus decimas ante Lateranens. Concil. acquisitas, & non post, jure obtineat, cum tamen utroque tempore illarum, eò quòd juris sint spiritualis, habeatur incapax? & omissis variis Dd. responsis, dic. Laicis de Ecclesia bene meritis, ex singulari Pontificis & Concil. Lateran. Indulto id esse concessum.

Ut autem cognoscatur, num ante Concil. Lateran. vel post (ad effectum justenè, vel injustè possideat?) Laicus obtinuerit decimas, de possessionis antiquitate erit videndum. Quæ si temporis fuerit immemorialis, maximam præsumtionem faciet; imò vero sufficientem tituli ante Conciliū acquisiti probationem inducet. Velut hoc loc. & ap. *Fr. Martin d. disp. Can. concl. 36. cum 3 seqq.* Similiter observantia est in contrarium, & propterea etiam *Bernhardus in c. prohibemus. 19. in Gl. verb. Laicos. x. d. decim. affirm:* Quod Laicus Laico decimas subinfeudari possit, modò id fiat consentiente Episcopo, cum feudi natura ordinaria sit, ut uni concessum, possit ab eodem sub infeudari, id est, rursus in feudum alteri concedi, dummodò æquè idoneo, & ead. lege

detur

detur *c.1.§.1. qualiter olim feudum poterat alien. cap.1.§. similiter. de Lege Conradi. &c. Imperialem. §. illud quoque. d. prohib. feud. alien. per Frideric. Ludvv. in Syn Jur. Feud. cap. 15.* Et ita observatur in Hispania, & in Gallia *Vasqu l.2. Illustr. controv. c. 89. num. 2. Chassan. in Consu. Burg. rubr. des Justices, & c.1. §. 8. num. 35.* Sic etiam Principes in Germania, cum Nobilibus, Aliisque Laicis, sine consensu Episcopi, illas infeudare solent. *Bocer de mod. amitt feud. tract. 5. c.2. n.31.* Sic ap. Wernl. *& in Addit. in d. l. & c. p 211. cum seqq.* Ubi, quod praxis & observantia sit in contrarium, id quod inprimis testatur Episcopatus Bambergens. ibi enim indistinctè omnia feuda Episcopatui aperta sive caduca, rursus aliis Laicis infeudari solent, & quidem sine consensu Capituli, & hoc, quod nim. res, quæ antea solitæ sunt infeud. rursus in feudum dare possint, concessum videtur in c. un. pr. d. his qui feud. dar. poss. hæcque est Communis Dd. Opinio, quod ita etiam usu servatur, testatur *Jas. in Epit. feud part. 5. num. 47. Bach Cons. 3. pag. 21. col 1.* Secus est, de rebus ante hac nunquam infeudatis per tx. *expr. in c. un. Episcop. vel Abb. feud. dar. non poss. & c. 12. pr de his, qui feud. dar poss. & c. nulli. x. d. reb. Eccles. non alien.*

Illud vero prætermittendum non est, quod (74) si quis Laicus possederit per tempus immemoriale, maxima erit præsumptio, imò sufficiens probatio tituli ante Concilium

 acqui-

acquisiti, ut tradit Joh. And. Butr. Card. & Imol. d. c. cum Apostolica, comunem dicit, eandem tenens Alex. consil. 6. colum. pen. lib.1. & alii quos referunt, & sequuntur Balb. de præscript. 5. part. qu.7. ad finem, Pavin. d. c. 5. num.97. de Visit. Menoch. de præsumt. lib.6. præscr.86. Gabr. com. concl. lib.5. tit. de præscript. concl. 1. n.22. Mascard. de probat. concl. 483. num.8. volum. 2. Peregr. de privil. fisc. lib. 6. tit.8. num. 22. & Covarr. d. num.5. vers. sed si dubitetur. *Nec erit necessaria fama, quod habuerit tale privilegium ante Concil.* prout ex iisdem fere Doct. concludit Covar. & Mascard. ibidem contra Abb. d. cum Apostolica, colum fin. & ibi Jo. And. & Felin. c. causam quæ, colum.1. de præscr. & alios, quod etiam tenuit Rebuff. d. tract. quæst. 13. num.69. *neque etiam requiritur, quod ostendat aliquam investituram, prout post Barbat.* cons. 35. num. 17. lit. 2. *tradit post alios Pereg.* d. num.22. *& Mascard.* d. conclus. num. 9. *licet contrarium videatur velle*, idem Rebuff. d. quæst. 13. num.70. & 77. & aliquos recenset, & sequitur Menoch. in f. *Puto tamen requiri, quod saltem ex fama constet, laicos eas decimas titulo feudi possedisse*, ut tradit Rip. in c.2. col. fin. de jud.

Covar.

Covar. ubi supr. *vel quod aliquid solvat Ecclesiæ in recognitionem*, ut voluit Rebuff. d. quæst.13. num.76. *(x)*

(x) Quæ requirantur, ut Privilegia super decimis vel earum immunitate effectum sortiantur? R. scil. ut privilegia insinuentur: 1. Judici vel Cameræ; 2. Parti: Illi quidem, ut ostendatur de fundata jurisdictione; Huic vero ut privilegii scientiam hab. Gail. 1. *observ n.9.* nam ut Privilegia sunt facti alieni ex *c. 1. d. Constit. in 6.* ita eorum ignorantia præsumitur. *l. plurimum, ff. de Jur. & Fend. ignor. & in l. fin. ff. pro suo. cum fin.* It. privilegia non insinuata Judici, neque parti, nihil prosunt. *l. si quis per divinam. C. d. aquad. l.13. & in l. fin. C. eod. Roman. consil.335. num 19.* Quomodo autem ejusmodi privilegia partibus insinuanda? R. coram Notar. & duobus testibus per *Gloss. in 61. ff. de judic. Marant. part.4. dist.18. num.2.*

Immemorialis autem hujusmodi possessio, seu præscriptio (quæ idem (75) *est cum centenaria juxta magis communem opinionem, quam tenet etiam Rebuff.* d. quæst.13. num. 94. *& alii fere innumeri, quos refert & sequitur Ant. Gab.* com. concluf. lib.5. tit. de præscript. concl. 1. num.71. *licet alii velint immemorialem esse majorem, alii minorem centenaria, ut per relatos à Gabr. ibidem, & Covarr.* Rel. reg. possessor, 2. p. §. 3. num.6.)

hac

hæc, inquam, immemorialis possessio (76) *probari debet per testes, deponentes, se vidisse semper ita fieri, & nunquam vidisse contrarium, & à senioribus, & majoribus audivisse, id ita factum fuisse, nec unquam audivisse contrarium actum esse; & hujusce rei publicam famam esse, & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent*, prout voluit gloss. quam ibi Doct. sequuntur, in c. 1. de præscript. in 6. Specul. tit. de prob. vers. vit. quæritur, & alii pleriq; quos referunt, & sequuntur Covar. d. § 3 num. 7. Gabr. d. conclus. 1. num. 74. *Et in materia decimarum tradit* Rebuff. d. q. 13. n. 94. & seqq. *Debent autem testes, qui de hac re testificaturi sunt, ita* (77) *memores esse, ut possint deponere de eo, quod actum est 40. annis, & sic annorum ferè 54.* ut tradunt Lap. Gem. & Franc. d. c. 1. & alii plurimi quos referunt & sequuntur Covarr. d. num. 7. Gabr. d. concl. 2. num. 83. & in nostris terminis, Rebuff. d. q. 13. num. 99. *Verum poterit etiam probari*, (78) *memoriam extare tum per testes*, ut latè probat Rebuff. ibid. num. 98. *tum etiam per instrumentum*, ut tradit. gloss. 10. An. & Gem. c. 1 de præscript. in 6. Rebuff. num. 97. Confer. quoque

quoque addit. ad Tr. Wernl. l.3. c.1. p.205. in seqq. & c.9. p.334. (λ)

(λ) Instrumentum sive privilegium de concessis decimis, sigillis carens, utrum probet? Regulariter N. quod sigillum Scripturæ faciat indubitatam probationem: *Gilman. tom. 4. Symph. part. 1. vol. 3. num. 82.* quia signum est confirmationis & ratificationis contractus *l. 15. §. 1. ff de testam. milit.* eo ergò sublato, fides quoq; Scripturæ & probatio deficit, cùm sublata causa, tollatur effectus. Quin imò, si Sigillum obscurum sit, nec planè apparens, fidem non meretur Scriptura *Cravett. consil. 484. numer. 22.* adeò, ut si privil. sive instrument. plures sigillarint, id unico sigillo salvari non possit, nisi de observantia subsecuta constet. *Confer. Klock. Cons. adopt. 1. num. 234. 235. & seq.* Et hoc etiam, in transactionibus locum habet.

Et quoniam incidimus in materiam probatoriam possessionis decimarum, illud omittendum non est, (79) *earum perceptionem probari posse per testes singulares, ut unus dicat, vidisse ecclesiam recipere uno anno decimam de fabis illius campi, alius de frumento ejusdē campi, alio anno,* ut voluit Specul. tit. de inquis. §. 1. n. 18. Gem. cons. 117. n. 3. Andr. Gail. pract. observ. lib. 2. observ. 66. nu. 12. & alii plerique, quos refert, & sequitur Mascard. d. conclus. 483. nu. 1. Brunor. à so-

à ſole in comp. reſol. jur. propoſ. verſ. decimas percipiendi,& Gabr.com.conc.lib.1.tit. de teſt. concl. 2. n. 33. ubi hanc opinionem aſſerit communem videri. *Ratio duplex eſt, altera generalis, & communis, quod in poſſeſſione probanda* (80) *teſtes ſingulares admittantur*, ut latè probat idem Gabr.d.concluſ. 2.num.32. *altera ſpecialis, quod in* (81) *decimis locus & tempus non eſt de ſubſtantia actus*, ut poſt Specul.tradit Maſcar. d. concluſ. num. 2. (μ)

(μ) Cujus ætatis teſtes eſſe debeant, probantes, memoriam non extare? *Sec. Dom. in cap.1.d. præſcript.in 6* teſtes ad minimum debent eſſe 54. annor vel ſaltem tanti temporis, ultra 40. annos, quo fuerint doli capaces tempore quo inceperunt poſſidere. *Gl. in c. relatum.37. diſt.* ut ſi ſaltem probent poſſeſſionem 40. annorum & præſcriptionem, ſed de viſu & auditu non ſufficeret diſpoſitio, niſi à 40. annis. *Petrus. in c.1. inf. de præſcript in 6.* Confer. *Gail.2. obſerv.66. num. 8.* ubi, quod debeant deponere, quod ita ipſi viderint,& antiquitus ita factum & obſervatum fuerit à Parentibus & Majoribus ſuis intellexerint, & nunquam aliter: talesque teſtes plenè prob. licet ſint ſingulares, ita, ut unus teſtis deponat de tritico, alius de horreo, quia ad probandum unum integrale, ſcil. collectionem fructuum, ſufficit probatio ejus

ejus per testes singulares, modò ratione finis conveniant *Gail.d.l.num.12.*

An vero laici jure percipiendi decimas spoliati & agentes interdicto recuperandæ (82) *sint ante omnia restituendi, latè tradit Vasq.* contr. illustr. lib.2. c.89.numero 4.& *Covarr.* d. l.1. var. resol. c. 17. num. 6. in princ. *ubi concludit, quod tunc solum non erit ante omnia restituendus laicus, quando contra eum & pro reo simul est juris præsumptio, & non alias: sic exponens* c. ad decimas, de rest. spol. in 6.

Tertia Conclusio. *Potest Papa* (83) *alicui Principi, vel etiam alteri laico ex causa decimas, seu jus eas percipiendi concedere;* opt. text. in c. Adrianus, 63. dist. cap. 1. de præscript. c. cum Apostolica, de his quæ fi. à Prælat. melior. in c. ex parte il. 3. de decim. & c. 2. §. statuimus §. ubi autem, eodem tit. in 6. & notant passim Doct. maximè verò in Rebuff. d. q. 13. num. 110. Hispan. de tract. reg. decim. quæst. 12. num. 1. Covarr. d. num. 6. v. 4. ab eadem radice procedit Navarr. in tract. de reddit. Eccles. quæst. 1. monit. 57. num. 1. latè & optimè Henriq. quem post confectum hunc tractatum vidi in summa Theol. mor. lib. 7. cap. 57. num. 2.

Decla-

Declarabis tamen hanc conclusionem, quod hujusmodi privilegiatus, tam laicus, quam religiosus (84) *tenebitur congruam portionem pro sustentatione, & oneribus supportandis ecclesiæ parochiali assignare*, ut disponitur in d. §. ubi autem, & nos supra, c 4. quæst. 3. conclus. 6. semel admonuimus.

Qværo Quarto, An consuetudo aliquam vim habeat in eximendo aliquos à decimarum solutione, aut tribuendo jure decimandi?

Suppono, consuetudinem (85) *differre à præscriptione; per consuetudinem enim jus quodammodo acquiritur in communi, & publico, per præscriptionem vero privato*; ita Abb. in c. cum ecclesia, colum. 8. num. 45. de ca. poss. & propr. Rebuff. d. q. 13. num 45 *Et in consuetudine sunt plures personæ incertæ, in præscriptione vero una sola esse potest*, Butr. c. fin. de consuet. Alex. cons. 166. n. 7. colum. 1. Cor. cons. 268. colum. 5. vol. 4. Rebuff. loc. cit. Germon. de sacror. immun. lib. 3. c. 19. num. 66. *Alias differentias tradunt* Abb. Butr. & Curt. d. c. fin. Balb. de præscript. 5. par. princ. quæst. 7. Rebuff. in constit. reg. tractat. de consuet. in 3. Tom. *Est autem* (86) *consuetudo*, ut habetur in c.

consue-

consuetudo distinct. 1. *jus quoddam moribus utentium approbatum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex; quae etiam definitio colligitur ex* c. ceterum de testi. cog. *& communiter probatur.*

Prima Conclusio. *Plurimum potest* (87) *consuetudo circa portionem, & quantitatem decimae, eaque attendenda est;* ita colligitur ex c. in aliquibus, §. ultimo, c. commissum, cum sint homines, c. dilecti, c. ad Apostolicae, de decim. *in specie adnotavit tam in praedialibus, quam in personalibus Rebuff.* d. quaest. 13. num. 46. *Franc. Balb.* d. q. 7. *Boer.* in consuet. Bituric. tit. de consuet. §. 12. *communem dicens, quem etiam sequitur Covarr.* d. c. 17. num. 8. *Malè ergò Host. & alii quos referunt Rebuf.* d. quaest. 13. nu. 43. *Covar.* d. n. 8. *& Tyndar.* Tract. de decim. n. 35. & 36. *id admiserunt in personalibus, non autem in praedialibus. Pejus dixit gloss. & Innoc.* d. c. in aliquibus, *consuetudinem hanc debere à Pontifice esse approbatam, vel auctoritate summi Pontificis totam decimam seu illam partem, quae diminuta videtur esse, in quid aliud commutatam,* ut voluit Germon. d. c. 19. num. 69. & duobus seqq. *Nam & text. supra relati apertè id tribuunt consuetudi-*

tudini, non autem hujusmodi commutationi, neque requiritur in consuetudine, (88) *etiam quæ est contra jus, scientia, & approbatio Principis*, ut multis ostendit Abb. d. c. fi. n. 13. & ibi Butr. & Barb. colum. 26. de consuetud. Curt. latè sect. 4. num. 24. *pessime demum dixit. Hispan.* in d. tract. reg. decim. vers. decima est jure naturali, n. 13. & 15. *nullam omninò consuetudinem excusare etiam à quota decimarum. Ratio enim est, quia quota decimæ* (89) *diminui potest per consuetudinem, sive quia solum de jure humano, ut Theologi volunt, sive quia consuetudine jus divinum, aut naturale limitari, & quodammodo diminui possunt*, ut voluit gloss. cummuniter ferè à Canon. recepta in c. à nobis, de decim. *& ideo in hac specie, quod decima diminui possit consuetudine, præter jura & Doct. citatos tenuit Vivi. & Abb.* d. c. in aliquibus, *& alii Canonistæ fere omnes, ex quibus nonnullos recenset Covarr.* d. n. 8. in princ. *Et de hoc nulla est dubitatio apud rectè sentientes.*

Secunda Conclusio. *Consuetudo quantumcunque longa* (90) *nullas decimas, aut quid aliud ecclesiæ ministris solvendi, non excusat à peccato, nec valet, quando alias sustentari non potest in ea plebe, vel paro-*

parochiæ Sacramentorum, ac ſpiritualium miniſter, in hoc conveniunt omnes, non modo Canoniſtæ, ſed etiam Theologi, & in ſpecie notavit Covarr. d. c. 17. n. 6. & 8. in fine. *Ratio eſt, quoniam* (91) *de jure naturali, & divino eſt ſuſtentatio Miniſtrorum Eccleſiæ Dei*, ut inter ceteros oſtendit Sot. lib. 9. de juſt. & jur. quæſt. 3. art. 1. Covarr. d. c. 17. n. 2. & 3. & Vaſq. contr. ill. lib. 2. cap. 89. n. 8. & 9. & nos jam non ſemel admonuimus; *ſicq; procedunt rationes, de quibus per Rebuf. inter ceteros*, d. q. 13. n. 40. *ubi abſolutè probare contendit conſuetudinem nullas decimas ſolvendi non valere poſt Anchar. Turrecr. Bertran. & alios.*

Hanc tamen concluſionem declara (92) *non procedere in iis decimis, quæ procul dubio jure tantum humano, etiam quoad ſubſtantiam indicta ſunt, quales ſunt decimæ perſonales*, ſecundum Hoſt. in ſum. tit. de dec. §. utrum q. 7. & pleroſque alios Canoniſtas, de quibus per Covarr. d. c. 17. nu. 2. verſ. & præter has rationes; *ideoque eas per conſuetudinem tolli poſſe, præter Covar.* d. c. 17. n. 8. *voluit* Hoſt. in c. in aliquibus, de dec. Turrec. c. revertimini, 16. q. 1. art. 7. n. 12. Pariſ. conſ. 15. col. 2. l. 4. Fel. c. cauſam quæ, de præ-

 ſcript.

scripr. Balb. de præscripr. 5. part. pr. q. 7. Vivi. decis. Neap. 4. n. 46. *Et communem Theologorum & Can. dicit esse* Rebuf. d. q. 13. n 44.

Tertia Conclusio. *Valet consuetudo ut de minutis etiam (93) decima mixta non solvantur*, ut voluit D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 2. Astens. in sum. rubr. de decim art. 4. in fin. Collect. c. 1. de decim. Rebuff. d. quæst. 13. num. 51. *Imo voluit Turrecr.* d. c. revertimini, quæst. 11. *decimas de minutis non esse in pracepto. Pari ratione (94) valebit etiam consuetudo, ut ex certis fructibus, puta fœno, oleo decima non solvatur*; ita præter alios scripsit Castr. consilio 17. lib. 2. quem sequitur Covarr. d. num. 8. vers. 7. eodem jure.

Quarta Conclusio. *Valet consuetudo, ut (95) de pradiis Ecclesiasticis decima non solvatur à Clericis; ita in specie tradit Covar.* d. n 8. v. 2. *licet magis communiter, cum præsertim multi non improbabiliter dixerint decimas de his solvendas non esse, quos recensuimus hoc eodem c.* q. 1. concl. 3. *Imò posse (96) Clericos consuetudine eximi à solutione decimarum omnium tam pradialium, quam personalium, etiam ratione bonorum patrimonialium voluisset* gloss. d. c. in aliquibus,

de

de decim. & c. quia cognovimus, 10. quæst. 3. Fel. d. c. causam quæ. col. 1. de præscript. Balb. d. q. 7. & Covar. d. n. 8. vers. primum hinc constat.

Quinta Conclusio. *Possunt ex consuetudine* (97) *decimæ uni ecclesiæ alias debitæ alteri adscribi, & solvi, text. est.* in c. cum sint homines, & c. ad Apostolicæ, *ubi Abb. & alii*, de decim. *& not. Card.* in c. ult. in fin. de Paroch. *Covarr.* d. num. 8. *Rebuff.* d. quæst. 13. num. 47. & 48. *ubi limitat id non procedere* (98) *in decimis, quæ limitibus adhærent, hoc est, in prædiis, quæ limitibus proxima sunt*, ad not. per gloss. & Doct. d. c. cum sint homines, & d. c. fin. de paroch. *limites enim* (99) *præscribi non possunt, ne fines confundantur*, c. quicunque, & c. licet, 16. quæst. 3. & c. super eo, de paroch. *Fortius vero* (100) *attendi debet consuetudo, ubi de jure dubium est, ad quam Ecclesiam decimæ spectent, ut not. gloss. 2. & Doct. per illam tex.* in c. cum contingat, de decim. *& Covarr.* d. num. 8. vers. 4 *fortiori ratione ubi post Abb.* d. c. cum sint homines, *concludit in hac specie* (101) *sufficere consuetudinem decem annorum, cum ea non sit contra, sed præter jus, quo casu* (102) *decem an-*

norum spatio legitimam consuetudine
duci voluerunt præter citatos à Cova
dem Abb. d.c. fin. num. 15. de consu
Rebuff. d. quæst. 13. num. 53. *& nos l*
stendimus tract. de option. cap. 1. q. 2
consuetudine quoad modum & tem
vendi decimas, dicemus inf. cap. seq.
suis locis.

SEXTA CONCLUSIO. *Excepto c*
quo in superiori conclusione, & eis sim
consuetudo, quæ circa decimas obser
est, (103) *requiritur, & sufficiet, ut*
draginta annorum: opt. text. in c. fi
consuet. & in hac specie notavit Paris
25. num. 6. & 27. lib. 4. Covarr. d. nu
vers. decimo his omnibus adversis, & c
tur ex gloss. fin. in c. fin. & ibi Doct. o
in c. fin. de consuet. & patet ex tex. in
Ecclesia, de caus. possess. & c. auditis
præscript. *Quare male Soc.* cons. 2. q
num. 2. *Fulgos.* cons. 166. *& clarius* E
q. 7. *& Rebuff.* d. quæst. 13. num. 53.
volunt requiri ad hanc consuetudinem
teria decimarum tempus immemorial
neque (104) *titulus requiritur ad ha*
suetudinem licet ei adversetur juris c
vis præsumtio, ut in specie adnotavit C

ubi supra. *Textus verò* in c. 1. de præscript. in 6. *qui contrarius videtur, procedit in præscriptione, non autem in consuetudine*, secundum Archid. ibi, Gemin. & alios, quos ad hoc refert, & sequitur Covarr. loco cit.

QVÆRO QVINTO, Quænam præscriptio obtineat, & locum habeat in materia decimarum?

PRIMA CONCLUSIO. *Possunt aliqui* (105) *saltem Laici præscribere exemtionem à solutione, non solum partis decimarum, seu quotæ (in quo omnes conveniunt, & latè inter ceteros tuetur Trivis.* decis. Venet. 29. num. 15. *Rebuff.* d. quæst. 13. num. 57. & 58. *ubi post Ang.* in summa, in verbo, decima, §. 2. *id limitat, ubi Curatus non possit commode ex illa parte, quæ solvitur, sustentari) verum etiam quoad totam decimam: idque tuentur optime Covar.* d. c. 17. num. 10. & *post alios Henriq.* lib. 7. sum. Theol. mor. cap. 27. num. 2. *ea optima ratione, quod licet Laici sint incapaces juris percipiendi decimas, ut superius ostendimus, nullibi tamen in Jure habetur, quod sint incapaces hujus exemtionis; suffragatur etiam* c. 1. de præscriptione in 6. *ubi absolutè admittitur præscriptio in deci-*

decimis; *licet contrarium tueri velit Trivis.* d. decis. Vener. 29. num. 14. (v)

(v) Heic objic. *VVernl. d. l. 3. c. 8.* quod Laici Juris Spiritualis sint incapaces, ideoque jus decimarum præscriptione, alióve titulo acquirere nequ. Ad quod resp. in decimis jus duplex spect. spirituale & primarium, quod est fundatum in titulo speciali, nimirum in Ministerio Ecclesiastico; hujusque Laici sunt incapaces, hocque sensu intelligendi *c. causam. 9. x. d. præscript. c. 2 x. d. judic.* Alterum jus temporale, secundarium & inferius, quòd separatum est ab illo jure spirituali, quodque oritur ex aliquo titulo, veluti ex donatione, contractu feudali, privilegio, præscriptione, &c. hujusque juris infer. decimandi Laici capaces sunt. *Bl. in l. si. usufruct. ff. d. jur. dot.* ait, quod licet jus decimarum non cadat in Laicum, perceptio tamen fructuum, venientium sub nomine decimæ, concedi possit. Sic *Rebuff. d. tr. quæst. 14 n. 23. & seq.* inquit, si præscribens percepit majores decimas in uno loco per tempus immemoriale, & nullus ibi receperit decimas minutas, si postea eas petat à Laicis, non poterunt ipsæ ei denegare, quia jus decimandi contra eos præscripsit, E. & in omnibus, nec poterunt se insinuare præscriptione non solvendi, nisi, ut *VVernl. l 3. c. 8.* loquitur, decimæ minutæ alteri solvantur. Alias rat. leg. ap. Eund. *l. 2. cap. in Addit. verb.* Sich mit der That auch deß Kleinen / rc.

SECU

Secunda Conclusio. *Potest* (106) *Clericus, vel Ecclesia per præscriptionem acquirere exemtionem, etiam quoad totam decimam*, ut voluit gloss. fin. quam ibi Doct. sequuntur, in c. in aliquibus, Fel. c. causam, quæ, col. 1. de præscript. Gem. cap. 2. §. penult. de decim. in 6. Balb. d. 5. par. princ. quæst. 7. Covarr. d. num. 10. & Vasq. contr. ill. c. 89. num. 10.

Tertia Conclusio. *Potest* (107) *Clericus vel Ecclesia per præscriptionem acquirere etiam totam decimam in aliena parochia: bonus text. juncta gloss.* in c. cum contingat, &c. cum in tua, quod est seq. de decim. *melior* in c. 1. de præscript. in 6. *optimus & fere ad literam*, in c. ad aures, de præscript. *ubi gloss & Doct. idem not. Rebuff.* d. q. 13. n. 6. *& Covar.* d. c. 17. num. 7. *Abb.* cons. 94. num. 2. volum. 1. *quod tamen aliqui limitant non procedere, ubi Clerici vel Religiosi non habeant Parochiam. ut videre est apud Rebuff.* d. quæst. 13. num. 63. *quos tamen* (108) *ibi refellit. Tu vero declara, hanc præscriptionem* (109) *non extendi de decima unius rei ad aliam rem etiam ejusdem fundi; unde si quis præscripsit decimam vini, si vinea fiat arabilis, non habebit decimam illius fundi;*

di;

di; ut decidit Butr. c. commissum de decim. *per c.* cum in tua, eod. *quod tamen potius loquitur de extensione quoad prædium*; idem voluit Rebuff. d. qu. 13. n. 61. allegans Doct. in c. auditis, de præscript. (o)

(o) Den Zehenden hat man auf gewissen Felderen/ Aeckeren und Grund-Stücken eines Land-Guts/ (darunter auch der Wein-Zehend und Berg-Recht gehörig/) den völligen/ bißweilen nur den halben/ dritten oder vierdten Theil am Zehend in gewisser Maß zu erhöben. Nun ist lands-bräuchig/ daß man von allem dem/ was man mit dem Pflug/ mit der Hauen oder Hand/ zu Feld allenthalben auf den zehendbaren Gründen erbauet worden/ den Zehend reiche und bezahle/ es sey Wein/ Saffran/ Weitzen/ Korn/ Gersten/ Habern/ Linsen/ Hanff/ Hirßbrew/ Erbiß/ Wicken/ Kraut/ Zwibel/ oder auch andere Früchten; Solle auch ausser der uralten Hauß-Gärten kein Grund oder Gut/ es habe gleich Namen/ wie es im̃er wolle; welches nicht darüber authentische Documenta und sonderbare Freyheiten aufzuzeigen/ oder aber die præscriptiones und Verjährungen zu beweisen/ vom Zehend freygelassen seynd. Herr von Hochberg Georgica Curiosa oder Adel. Land-Leben/ l. 1. cap. 62. pag. 62. Insgemein wird der grosse Zehend gereicht von Weitzen/ Rocken/ Dünckel/ Habern/ Haiden/ Gersten/ Erbsen/ Linsen/ Bonen/ und allen andern

Früch-

Früchten/ so das Halm trägt/ Item an etlichen Orten gibt man den Heu-Zehend und kleinen Zehend von Obs/ Kraut/ Rüben/Flachs; auch lebendigē Zehend/ als junge Schwein/ Hüner/ Gänß/ Kälber/Eyer; An andern Orten(nach dem der Gebrauch ist/) auch den Fisch-Zehenden/ wann auß denselben Wisen/ wo man vorhero den Heu-Zehend hat geben müssen/ beweißlich/ Weyer und Fisch-Teiche gemacht worden. Idem pag.63.

Sed neque (110) *extenditur præscriptio decimarum ad novalia*, ut ibidem tradit Rebuff. & nos latius ostendimus, cap. præced, quæst, 3, concluſ. 9. ubi de præscript. quoad novalia fuse egimus; *neque* (111) *etiam extenditur de persona ad personam*; *unde si quis veniat ad habitandum, non poterit ab eo decimam percipere, qui in aliis præscripsit, sed cum de novo solvat, Ecclesiæ Parochiali solvere debet*, ut voluit S. Ant. 2. par. sum. tit. 4. cap. 3. §. 3. & Rebuff. d. quæst, 13. num. 62. per c. ad Apostolicæ, de decim. quod tamen in aliis terminis loquitur. (ę)

(ę) An ei, qui majores decimas habet ex præscriptione, præcisè etiam minores decimæ exsolvendæ? Affirm. quia, qui præscribit decimas majores in una Parochia, minutas etiam videtur præscriptiones, tùm, quia accessoriæ sunt c. cum in tua d. decim. & præscriptio facta

facta de Principali ad accessorium trahitur. *l. si in aliena.* §.1. *ff. d. Usur. & l. eos C. d. usu* Strictaque dispositio relata ad jus decimarum extenditur ad speciem sub eodem genere, & ad rem, & ad materiam eandem *Butr. in c. cum contingat. col. 1.* modò accessorium in initio præscriptionis inchoatæ in erat principali, & nulla ibi receperit decimas minutas; Secus est, si accessorium tempore inchoatæ præscriptionis non intererat, ideò allegandi præscriptionem incumbit probatio. *Rebuff quæst. 14. n. 23. 24. 25.* Conf. *Addit. ad l. 2. c. 6.* Wernl. *cum præjudicio.*

QUARTA CONCLUSIO. *Ad præscribendum in casu præcedentium conclusionum* (112) *requiritur vel spatium* 40. *annorum cum probatione tituli, vel tempus immemoriale; text. est* in c. 1. *ubi gloss. & Doct.* de præscript. in 6. *& not. Rebuff.* d. q. 13. nu. 81. & seq. *Covarr.* d. c. 17. in princ. num. 8. ad f. & num. 10. fere per totum, *ubi id late probat, & subtiliter, more suo rationes satis congruas afferens, quas brevitatis causa omittam.* (σ)

(σ) Hostiens. in summ. d. decim. statuit, quod decimæ Ecclesiarum præscribi in totum non possint, per singulare privilegium, *can. quæcunque 16. quæst. 7. Innocent. & Gl. in aliquibus. d. decim.* Attamen quota vel quantitas decimæ antiquæ ad certam vel minorem quantitatem

præscri-

præscribi possit, atque ita pro hoc multis præjudiciis judicatum testatur. Guid. Pap. decis. 284. Sed his non obstantibus, etiam ipsa decimarum plena præscriptio contra Clericos de jure 40. jam annis absolvitur, & præjudicium legitur ap. *Carpzov. Juris Pr. F p. 2. c. d. 4. num. 5. & 6.* Not. tamen quod sec. Dd. hæc præscriptio quadragenaria, quatenus scil. contra Ecclesiam super bonis vel juribus ad eam pertinentibus, procedere debeat, sive privatus, sive alia Ecclesia, vel personæ Ecclesiasticæ intendant præscribere, de necessitate requirat interventum bonæ fidei. *Balb. in 2. part. tertia part. princ. quæst 6. num 9. per c. de quarta. c. ad aures. & c. f. de præscr.* ac insuper titulum, aut, si titulus desit, tempus immemoriale, h. e. ejus temporis, cujus possessionis initii memoria non existit *Can. de decim. cap. 9. num. 5. Panorm. in d. c. de quartæ. Balb. d. l. numer. 10. Covarr. l. 1. var. resol. c. 17. n. 7.* De moribus nostris hodiè passim locor. etiam decimæ spirituales, & Ecclesiasticæ à Laicis possidentur, qui, quorumve Majores, eas ab Episcopis redemerint vel titulo permutationis, aliove acquisiverunt, & aliorum instar jurium vel servitutum usurpant. *Rittershus. d. diff. jur. civ. & can. lib. 4. cap. 15.*

Quinta Conclusio. *Ecclesia, vel persona Ecclesiastica habens donationem à laico, puta Rege, vel Regina, non* (113) *potest decimas præscribere, etiamper tempus immemoria*

moriale. text. in c. dudum, ubi Abb. de decim. facit quoque cap. fin. de rebus Eccl. non alien. in 6. not. Rebuff. d. q. 13. n. 87. *poterit tamen habere à laico, qui habuerit in feudum ante Conc. Later.* ut disponitur in c. 2. §. sane. de decim. in 6. *& sic poterit præscribere*.

Sexta Conclusio. *Nulla præscriptione etiam immemoriali* (114) *potest laicus jus acquirere percipiendi decimas ab aliis*, *quidquid dicat Vasq.* contr. illustr. l. 2. c. 89. num. 7. text. apertus in c. causam quæ, ubi gloss. Fel. & alii, de præscript. notat. Balb. d. 5. part. princ. quæst. 7. Covarr. d. c. 17. n. 6. vers. 4. ab eadem radice, Germon. & Henriqu. locis infr. citat. Rebuff. d. quæst. 13. n. 64. & alii quos refert Vasq. ubi supra. *Ratio illa est, quod Laici sint incapaces hujus juris*, ut late probavimus supra hoc eodem cap. quæst. 3. in princ. *ubi autem adest incapacitas alicujus juris* (115) *non possunt etiam per immemorialem præscriptionem capaces fieri*, ut voluit gloss. in c. nobis. verb. jurisdictione. de jure patron. Abb. & Curt. in c. fin. de consuet. sect. 4. num. 32. & 33. cum aliis, quos refert, & sequitur Covarr. d. c. 17. num. 10. Anast. Germon. de sacr. immunit.

lib.

lib. 3. c. 19. num. 6. & duob. seqq. Peregr. de privil. fisc. lib. 6. tit. 8. num. 18. 19. & 21. & Henriq. libr. 8. Sum. Theol. mor. cap. 17. n. 2. *Et quamvis privilegio laicis concedi possit hoc ius decimandi*, ut eadem quæst. 3. ostendimus, *hujusmodi autem immemorialis præscriptio* (116) *vim habeat privilegii*, ut habetur in l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & æst. c. super quibusdam, de verb. signif. & latè prosequitur Ant. Gabr. com. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. num. 1. *secus tamen est* (117) *ubi adest incapacitas in possidente*, ut not. Jo. Menoch. c. 2. de præb. in 6. Abb. Fel. & alii d. c. causam quæ latè Cov. d. l. 1. var. resol. c. 10. num. 14. & Peregr. d. num. 18. & 19. latissime Gabriel d. conclus. 1. numero 16. *Et in hac specie juris percipiendi decimas in laicis non habere præscriptionem immemorialem locum privilegii voluit* Cov. d. c. 17. num. 6. vers. 4. ab eadem radice, Curt. d. num. 35. & Rebuff. d. quæst. 13. n. 67. & 68. *Si tamen* (118) *ad hanc immemorialem præscriptionem accedat fama vel privilegii, seu feudi obtenti ante Concil. Lateranens. vel etiam fama feudi absolute, tunc Laicus tutus erit*, ut latius ostendimus sup. hoc eodem cap. quæst. 1. concl. 2.

Quæ-

Quæro Sexto. An valeat compositio vel transactio super decimis?

Inprimis e, teste Rebüff. citato hoc loco, *dist. an compositio super decimis Ecclesiasticis sive Parochialibus; vel inter privatos duos in laicos, quo casu consensus Episcopi & Capituli non requiritur, sed validè super decimis minuendis vel transferendis, ab ipsis partibus componitur, ut sequentes literæ, quas apposuit:* Add. ad Werndl. l.3.cap.5. p.273. cum seq. *monstrant: in quibus continentur*, die vererbte Zehend / *quæ in se conditionem habent*, nemlich mit Außnahm der Kriegsläufften / Landschauern / und anderen redlichen und ehafften Verhinderungen: *Ubi tamen observ. quod damna exigua, regulariter, non sint consideranda* l. 15. cum seq. §. cum quidam l.25. §. vis major. ff. loc. Wie dann auch / *ob modicam ubertatem* die jährliche *Pension* nicht vermehret und erhöhet wird. Pinel. ad l.2. C. d. rescind. vend. p. 1. c. 3. n. 34. Andr. Gerh. Exerc. Justin. dec. 15. th. 2. *aliàs etiam nonnunquam ejusmodi compositiones extant sine ulla exceptione vel clausula, ita*, daß / dafür sie weder Krieg / Steur / Hagel / Schauer / Mißwachs oder andere Landsgepräſten fürtragen oder schützen solle / *prout* exemplum

plum ejusmod. add. Dieth. von Zehend-Recht/ c. 9. *Si igitur casus fortuiti in conventibus sive compositionibus non sint excepti, utrum Dominus decimarum aliquid de jure suo remittere teneatur? R. Cessante conditione vel pacta decimatorem propter casus fortuitos aliquid remittere non teneri, neque in totum, neque pro parte.* Gl. in c. potuit. verbo: expelli. d. locat. *etiamsi minima particula remanserit, & 7. partes perierint*, Azo in summa C. de Jure Emphyt. n. 6. *Sed quamdiu durat vel minima pars substantiæ, tamdiu durat quodque causa præstationis pensionis* arg. l. 53. ff. d. usufr. *cum non usus præsens, sed utilitas rei perpetua consideranda.* Natt. cons. 377. num. 1. *ita, ut præstatio casuum fortuitorum ad talem debitorum decimarum pertineat: id quod etiam in emphyteusi obtinet.* Latius Zorer. in seinem Bedenck. quæst. 11. n. 709. cum aliq. seqq. *Secus tamen est de decimis, quæ quotannis componuntur*, welche unverderbt seynd/ und jährlich verlassen oder bestanden werden/ *ubi remissiones locum habent, si fruges casu fortuito* durch Schauer oder Wetterschlag/ *post talem compositionem, antequam in horrea pervehantur, pereunt, quia in illis ratio perpetuitatis cessat, nisi*

R aliud

aliud expressè conventum fuerit. Sunt autem sequentia in ejusmodi compositionibus, quæ annuatim fiunt, consideranda: 1. Daß von dem Zehend-Herrn der *districtus decimar.* umritten oder umgangen / und darbey 2. annotirt werde/wie viel tagwerck Feldes mit einer jeden Sorten Getråids besaamet und bewachsen seye. 3. Ob es wohl, oder schlecht / dünn, oder dück stehe/ um darnach einen beyläuffigen Uberschlag machen zu können / wie viel Schock oder Schober Getråids von einer jeden Sorten abgeschnitten und gesammlet werden könten oder möchten. Und dann 4. die alte Zinß-Register zu Hülff ziehen / was von Jahren zu Jahren / wann diese oder jene Zelch angebauet oder besäet worden/der Zinß ertragen habe/und also nach solchem in An- oder Abforderung der Körner seine Mensur nemme/und darnach den Zehend-Verlaß einrichte. *Quia verò plerumq; tempore ejusmodi compositionum convivia habentur, non immeritò quæritur: Quis expensas in Convivia factas*, bey dem Zehend-Verlaß/*præstare teneatur? De his varia sunt consuetudines; nonnunquam enim Dominus decimarum ad illas solvendas solus, nonnunq. vero ad dimidiam partem, ita, ut altera dimidia debitoribus remaneat tenetur: Alibi autem debitores eas soli, vel etiam pro iis certam pecuniæ summam, aut etiam certam quotam*

strami-

straminis, als ein oder anderthalb / auch wol 2. Schober oder Schock allerhand Geströhes / *solvunt*, *prout alias ejusmodi consuetudines refert* Diether. cap. 2. *Ubi tamen observent Decimatores, præsertim, si expensæ ejusmodi illis solis incumbant, ne ante compositionem perfectam sibi sumtus faciant*. Plura de his v. ap. Wehn. *Verb*. Weinkauff / Leykauff.

Prima Conclusio. *Valet compositio inter personas Ecclesiasticas, ut decimæ uni Ecclesiæ debita* (119) *alteri solvantur: text. est* in c. 2. *& ibi gloss. & Doct.* de transact. *optimus etiam text.* in c. dilecti, *ubi id not. Abb.* de decim. *idem tradit Ruin.* consf. 142. num. 13. volum. 5. *Rebuff.* d. quæst. 13. num. 16. *ubi rationem affert, qui etiam* n. seqq. post Collect. in c. ad Apostolicæ, eod. *hanc conclusionem limitat non procedere in decimis personalibus, quæ limitantur ratione administrationis sacramentorum. Tu vero eam declara, ita demum procedere* (120) *si causæ cognitio, decretum. & consensus Episcopi accedat, ut disponitur* d. c. 2. *& ibi not. Innocent. & latè tradit Rebuff.* d. quæst. 13. numero 19. usque ad 23. *ubi etiam quærit, an sufficiat auctoritas vicarii, & videtur concludere* (121) *quod sic, per text.* d. c. 2. in

integra decretali, *ubi habetur, Episcopi vel Archidiaconi, qui de jure vicarius est Episcopi*, cap. 1. de offic. Archid. *Secundo declara* (122) *non posse Laicos cum Ecclesia componere, ut decimæ ipsis Laicis solvantur nisi ad tempus, & ex justa causa*, ut Rebuff. numero 28.

Secunda Conclusio. *Valet compositio inter Clericos*, (123) *ut minus quam sit decima eis solvatur, vel ut de aliquibus rebus non præstetur:* text. in c. veniens. de transact. & c. ex multiplici, ubi Doct. de decim. not. Abb. c. dilecti, Rebuff. d. quæst. 13. num. 26. Trivis. decis. Venet. 29. num. 12. *imò valebit etiam* (124) *inter Laicos, & Clericos*, ut tenere videtur gloss. fi. d. c. 2. de transact. *ubi fiat cum Ecclesiæ utilitate*; sed expresse tenet ibi Host. ut refert Jo. An. in add. ad d. gloss. fin. idem voluit Dec. in c. venerabilis. de confirm. util. vel inutil. quod etiam sequitur, & latè probat Rebuff. d. quæst. 13. num. 29. *ubi* (125) *talis compositio sit approbata à summo Pontifice, vel magno temporis intervallo firmata, & omninò vera est, ubi compositio inter Laicos, & Clericos fiat de modo, loco, & tempore decimas solvendi*, ut ibid. probat Rebuff. ex d. c. venerabilis,

rabilis, & ibi gloss. & Innoc. *Ad hoc vero, ut talis compositio etiam inter Clericos facta perpetua sit, & valeat, atque obliget successorem*, (126) *debet fieri cum auctoritate superioris*, ut habetur in d. c. veniens, *& c.* ex multiplici; *Imò* d. c. veniens, *requiri videtur approbatio Summi Pontificis*, & not. Bertran. cons. 14. & 116. vol. 1. *sed hoc* (127) *ibi disponitur*, *vel quia agebatur de magno præjudicio, hoc est solvenda solum tertia parte decima, vel quia nulla causa intervenerat utilitatis, necessitatis, aut alia similis; vel quia illa erat propria transactio hac compositio, vel quia in ea parochia, in qua erant prædia, coloni Monasterii, quod transegerat, & composuerat de non solvenda nisi tertia parte decimarum, recipiebant etiam Ecclesiastica sacramenta.*

Tertia Conclusio. *Potest fieri* (128) *compositio, & transactio super decimis præteritis, & decursis sine consensu superioris*, ut tradit gloss. & Doct. in c. ut super, de rebus Ecclesiæ non alienandis. Dec. c. venerabilis, not. 4. de confirm. util. vel inutil. gloss. & Doct. c. fin. de rer. permut. Rebuff. d. qu. 13. n. 25. & 33. *Ratio est, quia tunc non agitur de*

tollendo, aut remittendo aliquo jure Ecclesiæ, sed solum de commodo illius parochi, ad quem illa decimæ jam spectant.

QUARTA CONCLUSIO. *Valet transactio* (129) *de decimis futuris, facta cum assensu Papæ vel Episcopi, si pro decimis compensetur ecclesia in aliis rebus*, Rebuff. d. qu. 13. num. 36. *dicens ita tenere Doctores* in c. ad quæstiones. de rer. permutat, *quod inquit Rebuff. ibidem procedere, dummodo detur spirituale pro spirituali*, per gloss. in c. super eo, de transact. & Boich. in c. ex literis eod. *cum decimæ spirituales dici possint*, ut firmat gl. in c. literas, de restit. spol. & ibi Abb. not. 1. & alii, quos refert & sequitur Rebuff. d. q. 13. n. 38. & 39. *Sed ego id dixerim fortassis procedere, ubi in laicos jus decimandi transferatur, quod spirituale est, ut alibi diximus, non vero, ubi agitur de exemtione à solutione decimarum, vel partis, quod non est quid spirituale, ut jam semel admonuimus; Quare poterit etiam aliquid temporale, ut prædium, dari* (130) *Ecclesiæ pro se eximendo ab onere decimarum, dummodo ad id superioris auctoritas cum ecclesiæ utilitate accedat; sic exponendus est Paul. Rom.* de pens. Ecclesiast. concl. 2. num. 22. *& Navar.* cons. 3. numer. 2.

tit.

tit. de jure patr. volum. 1. *dum dixerunt, non posse aliquid temporale dari pro decimis.* *Hispan. vero dum* in reg. decim. in fine, not. 2. *ait, non posse laicum dando unum prædium Ecclesiæ liberare alia ab onere decimarum, intelligendus est, si id facere velit propria auctoritate, & sine causæ cognitione & decreto superioris; quare quod possit fieri hujusmodi transactio, ut pro futuris decimis, detur Ecclesiæ domus, vel aliud, in specie tradit, & latius ostendit Germon.* de sacror. immun. lib. 3. cap. 19. num. 42. & 43. *quamvis* numer. 45. *post Imol.* c. fi. de rer. permut. *velit, quod si hujusmodi res temporalis data Ecclesiæ pro futuris decimis chasmate perierit, Ecclesia non sit obnoxia compositioni, sed decimas de novo exigere possit; de quo tamen dubito; cum & ipsa Ecclesia regulariter teneatur stare contractui,* jur. vulg.

An vero causa decimarum possit compromitti, & quomodo, dicamus capite priore quæst. 1, conclusione ultima.

Quæro Septimo. An possit remitti ex aliqua causa, decima Laico, vel Clerico?

Prima Conclusio. *Decimæ Episcopales,* de quibus (131) in c. nobis, & c. con.

concesso, 12. quæst. 2. & nos inf. cap. 7. qu. un. *possunt* (132) *personis Ecclesiasticis remitti; quin & talis remissio large est interpretanda, ut etiam ad possessiones postea acquirendas extendatur*, text. est ad literam in c. quia circa. de privil. *debet* (133) *tamen fieri secundum Canonicas sanctiones, ut ibi disponitur, hoc est de consensu Capituli*, ut ait gloss. *& ex causa*, ut not. Hostiens. & Jo. An. *Idem quoque dicendum erit*, (134) *ut possint decimæ remitti Ecclesiæ à quavis alia Ecclesia, cui de jure communi decimæ non debentur*, ut videtur esse textus in c. 2. de his quæ fin. à Prælat. sine cons. Cap. secundum intellectum Innocent, cui etiam videtur ibi accedere Abb. & alii.

SECUNDA CONCLUSIO. *Potest* (135) *cum assensu summi Pontificis remitti decima etiam ab Ecclesia parochiali alicui non modo Clerico, sed etiam Laico, quicquid dicere voluerit, etiam quoad Clericum, Rebuff.* d. quæst. 13. num. 27. *Ratio illa est, quoniam potest Summus Pontifex, quod majus est, ex causa aliquem etiam Laicum eximere à solutione decimarum*, ut ostendimus hoc eodem cap. quæst. 2. conclus. 2. & hoc in specie tenuit Tyndar. tract. de decim. numer. 64. &

latè

latè post alios tradit Henriq. in Sum. Theolog. moral. libr. 7. c. 27. num. 3. *Imo etiam* (136) *quod sufficiat assensus Episcopi, tenere videtur* Benincas. de pauper. quæst. 7. n. 6. speciali, numero 27. *Quod tamen ego non admitterem, nisi ex maxima causa id fieret, & cum plenissima causa cognitione.*



SUMMÆ RERUM.

1. Ecclesia quotuplex sit?
2. Cathedralis Ecclesia ab Episcopali quodammodò distinguitur.
3. Matrix Ecclesiæ quæ sit, & cur ita dicatur?
4. Baptismalis Ecclesia quæ sit, & an sit semper curata?
5. Parochialis, & prædialis Ecclesia quæ sit?
6. Præscriptio, consuetudo, compositio in solvendis decimis servanda est.
7. Decimæ fructuum, qui nascuntur in parochia Episcopi vel Ecclesiæ Cathedralis, nisi ibi sit alius Curatus, debentur Episcopo.

8. Decimæ quomodo dividi debeant in quatuor partes?

9. Episcopo debentur decimæ prædiorum, quæ in nullius parochia sita sunt. Idem ubi parochiæ non sunt distinctæ. *num. 10.* secus si locus sit intra duas parochias, sed ignoretur, cujus sit. *num. 11.* non quivis ergo Clericus, sed Episcopi, & post eos parochi, &c.

12. Episcopo debentur decimæ stante consuetudine. Item quæ donatæ fuerunt Ecclesiæ Cathedrali, vel alio modo ei debentur. *num. 13.* An vero in ejusmodi rebus donatis Ecclesiæ, donanti integrum sit, aliquod jus reservare? N.

14. Episcopus in sua quarta decimarum est fundatus de jure communi.

15. Ecclesia Cathedralis nullum jus habet in Ecclesiis, seu capellis civitatis.

16. Episcopus potest nomine cujuslibet Ecclesiæ vacantis, agere ad decimas.

17. Reales decimæ prædiali Ecclesiæ, personales parochiali debentur.

18. Parochialis Ecclesia, cui decimæ personales solvuntur, quæ sit?

19. Sacramenta percipiens in pluribus Ecclesiis

clesiis per annum, ad ratam temporis decimas solvet.

20. Divina in Monasteriis percipiens, & audiens, iis non solvet decimas, sed Ecclesiæ parochiali, in qua quis habet domicilinm: an autem saltem aliqua decimarum pars solvenda est Ecclesiæ parochiali, &c.

21. Domicilia plura habens, solvit decimas, ubi est præcipuum domicilium. Quid si domus sit in confinio duarum parochiarum? *num. 22.* Et quid si dubitatur, de qua parochia sit domus? *n, 23.*

24. Domicilium mutans solvet secundo Curato. Quid si non constet de animo mutandi domicilium? *num. 25.*

26. Mixtæ decimæ cui Ecclesiæ solvantur?

27. Baptismali Ecclesiæ regulariter debentur decimæ; latius tamen distinguitur. *num. 28. & seqq.*

29. Ecclesia sita intra fines baptismalis quando percipiat decimas tam reales suorum confinium, quam personales, & *num. præced.*

30. Baptismalis Ecclesia consentiens fundationi parochiæ intra suos limites censetur remisisse jus decimandi, & alia jura

jura parochialia pro illa portione limitum. Non tamen potest propter hunc consensum aliquid saltem temporale accipere. *num.31.*

32. Retineri non potest decima sacerdotibus ob malos mores; vel etiam quia ejus fructus in malos usus convertant. *num 33.* Quid vero si Sacerdos non deserviat, vel notorius peccator sit? *num. 34.* Plura notata ad hunc loc.

35. Denegare possunt laici decimas Sacerdotibus, cum sibi ab illis denegantur sacramenta, Id tamen non facient Laici propria auctoritate, sed in judicio excipiendo. *num. 36.*

37. Parochus non potest propria auctoritate denegare sacramenta iis, qui cum debeant, non solvunt decimas, nisi id notorium sit. Impœnitentes tamen malitiose decimas solvere recusantes ad Eucharistiam admittere neutiquam lic.

38. Denegari non possunt decimæ Clericis ex eo, quia divites sint, neque iis indigeant. Ratio affertur. *num. seqq.*

39. Decimæ dantur etiam pro sustentatione pauperum.

40. De-

40. Decimæ jure Divino, & naturali non debentur ministris non indigentibus; & quid de aliis? Ubi rationes al, eleg. adpon.

CAP. V.

Quibus Ecclesiis, seu personis solvendæ sint Decimæ?

OMITTAM *hic tractare, quando Laicis debeantur decimæ ex privilegio vel præscriptione aliave de causa, quoniam de his fuse egimus*, in c. 5. q. 3. & 5. *solum agemus de locis, & personis Ecclesiasticis, ac religiosis.*

Præmitto tamen, (1) communem illam distinctionem; Ecclesia alia est Episcopalis, seu Cathedralis, alia Baptismalis, quam vulgus Parochialem, *&* extra urbem plebaniam, *vocat, & matrix dici potest; alia proprie parochialis, quæ posita est intra fines Ecclesiæ baptismalis, seu parochiæ, &* orarorium *seu* capellam, *vel* succursum *vocare possumus.* Hæc distinctio colligitur ex not, per gloss. & Doct. in c. cum contingat, de decim. c. plures, 10. quæst. 1. c. cum Clerici, & c. venerabili, de verb. sig. rubr. & tot. tit. de Eccles. ædif. & de immun. Eccles. Tyndar. tractat. de dec.

num.

num.71. & seqq. Rebuff. eodem tractat. qu. 6. n.6. & seqq. Card. cons. 26. & aliis passim.. *Differt tamen quodammodo Ecclesia* (2) *Episcopalis à Cathedrali; potest enim sumi Ecclesia, vel ut sedes Episcopi, vel ut Ecclesia majoris Capituli*, ut patet ex not. per gloss. in Clem. 1. verb. matricem. de sentent. excom. *sicut enim differt mensa Episcopi à mensa Capituli, & Episcopus à Capitulo. Matrix quoque Ecclesia*, (3) *licet propriè dicatur de Ecclesia Cathedrali*, ut patet ex text. d. c. venerabili, cum ibi not. per gloss. in verb. matricem, &c. ex transmissa, de præscript. & Rebuf. d. quæst. 6. num. 6. *tamen dicitur etiam de Ecclesia baptismali*, ut not. & probat gloss. d. clem. 1. verb. matricem. & in clem. un. in verb. deputati, de bapt. & ejus eff. Card. d. cons. 26. num. 4. *ex eo, quia in iis renascimur per baptismum*, ut per dd. gl. *vel quia est quasi mater aliarum Ecclesiarum & ædium, quas sub se continet*, ut ait Rebuff. d. q. 6 num. 7. Paris. d. c. ex transmissa, num. 1. & seqq. de præscript.

Baptismalis Ecclesia (4) *est, in qua insunt fontes baptismales, & parochiani baptizantur*, gloss. 2. & Abb. in c. cum contingat, de decim. *Non possunt autem esse in una*

paro-

parochia plures baptismales; sed una tantum cum capellis suis, c. plures, 10. quæst. 1. *regulariter vero Ecclesia baptismalis est quoque Curata, licet non necessario, nec semper,* ut post Franc. in c. ad decimas, not. ult. de restit. spol. in 6. scripsit etiam Paris. in repet. c. ex transmissa, num. 4. de præscript. *In hoc vero capite, ne terminos confundamus, & clarius loquamur, per cathedralem Ecclesiam intelligemus Ecclesiam, quatenus distincta est à mensa Episcopi; per baptismalem accipiemus Curatam, cujus Rector sacramenta administrat; & in qua debent de jure parochiani divina audire,* c. ut dominicis, cum ibi not. de paroch. & al. par. *per parochialem vero* (5) *illam, quæ intra fines baptismalis posita est, & capellam aliquando, vel oratorium vocabimus, per prædialem vero Ecclesiam in hac materia decimali, omnes intelligunt eam, in cujus finibus est prædium, de quo decima solvenda est. His sic præmissis erit*

Prima Conclusio. *Si adsit aliqua* (6) *consuetudo, præscriptio, compositio in transferendis decimis de una in aliam Ecclesiam, ea servanda est, ut in* cap. 5. quæst. 4. conclus. 5. quæst. 5. conclus. 3. & quæst. 6. concl.

conclus. 1. latè demonstravimus, & in hac specie notavit Tyndar. d. tract. de decim. numero 68.

SECUNDA CONCLUSIO. *Seclusa tali consuetudine, praescriptione, vel compositione, (7) decima fructuum, qui nascuntur in parochia Episcopi; seu Ecclesiae cathedralis, Episcopo debentur; ita* gloss. 2. in c. cum contingat, de decim. Tyndar. d. num. 68. Rebuff. d. tract. quaest. 7. nu. 7. per c. dudum, secundum unum intell. de decim. idem not. Butr. & Abb. d. c. cum contingat. concl. 2. & c. pervenit, c. parochianos, & seq. eod. *quod limitat ibi Rebuff. nisi alius esset illius Ecclesiae Curatus. Addit gloss.* d. c. cum contingat, *tunc debere (8) Episcopum facere de illis decimis quatuor partes*, per c. quatuor, c. vulterranae. & c. concesso, 12. quaest. 2. *ut sc. una pars detur Clericis, altera fabricae, tertia pauperibus, quarta retineatur per Episcopum, sed melius illi text. intelliguntur, vel absolutè & distinctè, ubi etiam aliqua ex causis infra scriptis Episcopo debeantur decimae, quomodo etiam exponitur c.* statuimus, *cum duobus* seqq. 16. q. 1. *ubi distributio decimarum Episcopi arbitrio tribuitur: vel ubi alias fabrica Ecclesiave Ministri, & animarum rectores* pre-

proprios redditus non habeant, unde commode reparari, manu teneri, & sustentari respectivè possint.

Tertia Conclusio. *Debentur etiam decimæ Episcopo*, (9) *ubi prædium non est in alicujus parochia situm*; text.in c.quoniam, ubi ab numero 2. & 4. gl.c. cum contingat, verb. jure communi, & c. dudum, de decim. Rebuff.d.tract.quæst 7.num.8. Tyndar.d.tract. n.69. alia gl. in c.fin.de paroch. opt. etiam text.in c.decimas, 16.qu.7. *idem dicendum est*, (10) *ubi parochiæ non sunt distinctæ, cum tunc tota diæcesis sit parochia Episcopi*, c. omnes basilicæ, 16.quæst.7. & hoc notavit in specie Abb.d.c. quoniam.n.2. per c. parochianos, de sepul. & c. ad Apostolicæ, de donat. idem not. Tyndar.d.num.69. *secus vero esset*, (11) *si locus esset intra duas parochias, sed ignoretur sub qua sit; nam tunc non debentur Episcopo, sed inter eas dividuntur*, ut voluit Abb.d.c. quoniam. n.3. post Goffr. argum.c.2. de sepult. in 6. de quo etiam nos aliquid diximus c.4. quæst.3. conclus. 1. *ubi de novalibus.* (r)

(r) Non quivis ergò Clericus, sed Episcopi, & post eos Parochi, qui propriè spiritualia ministrant, nam simplices non habent jus ad

decimas, vi solius characteris Clericalis, nec religiosi ex vi status sui, quippe non serviunt populo in spiritualibus. *Zoës. ad tit. d. decim. n. 39.* Imò religiosi appropriantes tibi decimas incurrunt pœnas, *Clem. 1. de dec.* nisi habeant privilegium concessionis à Papa. *Oldrad. cons. 109. Conf. Addit. ad VVernl. l. 2. c. 5.* Ubi quoq; quò parochi decimas, aliaq; competentia exposcere queant necesse est, ut post admissionem sive confirmationem Episcopi, etiam à Magistratu Territoriali seculari investituram, quam vulgò die weltliche posses oder Einsatz / voc. requirant, cujus finis est, ut Dominus territorii parochis inhabitationem in ædibus parochialibus concedat, nec non subditis mandet, ut ipsis parochis debitum honorem, & decimas aliosque reditus parochiales, Pfarrliche Einkunfften / exsolvant, id quod in Bavaria, & aliis vicinis locis observatur, *test. tit. 10. art. 1. 2. 3.* Chur-Bäyern Lands- und Policey-Ordnung. Parochus loci contra quemlibet possessorem juris decimandi, etiam Episcopum habet intentionem fundatam, ita, ut non teneatur probare, quo titulo jus decimandi ad se pertineat, cum id ex Canonum præscripto hab. *Rebuff. quæst. 7. n. 4. & 5. per tx. in c. à nobis 24. ibique Butrius num. 4. & 5. x. d. decim.* adeò, ut latius referente Canisio *c. 8. d. decim.* Si parochus loci, alteri possessionem juris decimandi interverterit, decimas ipse percipiendo, non prius ad restitutionem teneatur, antequam spoliatus probet

posses-

possessionis suæ titulum, *c. 2. d. restit. spol. in 6.* Ubi simul recenset: quis sit legitimus titulus in alieno parocho, nimirum consuetudo, vel præscriptio, vel privilegium, vel compromissum, vel transactio: Ubi tamen limitat, quod hæc locum non habeat, si parochus litè vel appellatione pendente hanc spoliationem intulerit. *t. t. x. ut lit. pend. l. un. ff. nihil innov. l. 16. ff. d. appell.*

Quarta Conclusio. *Ubi adsit* (12) *consuetudo, quòd decimæ ad Episcopum spectent, ea servanda est*, gl. 2. d. c. dudum. & c. cum contingat, de decim. Rebuff. d. q. 7. num. 10. & faciunt ea quæ supra c. 5. quæst. 4. conclus. 5. generatim de consuetudine adnotavimus, & paullo ante hoc eod. cap. conclus. 1. admonuimus.

Quinta Conclusio. *Quando decimæ donatæ fuerunt Ecclesiæ Cathedrali vel alio modo ei debentur*, (13) *tunc Episcopus de jure communi in illis est fundatus*; ita Rebuff. d. quæst. 7. num. 13. sic intelligens d. c. dudum, *& tunc illæ decimæ inter fratres dividi debent*, ut habetur in c. ult. de offic. custo. & not. Rebuff. d. num. 13. *fratres autem sunt Canonici Ecclesiæ Cathedralis*, ut ex eo text. juncta gloss. colligitur, & clarius habetur in c. novit, de his quæ fi. à major. par. Cap. (v)

(v) Decimæ de ejusmodi bonis Ecclesiæ donatis, aut alio modo: sive per testamentum, sive emtionem, venditionem, aut permutationem concessis, de jure debentur, si eas ante concessionem solverint, quia res transit cum suo onere; *l. alienatio. ff. d. contrah. emt. c. ex literis. d. pignor.* neque ulli permittitur, ut vel interversione alienæ rei vel alio modo plus juris in alium transf. quàm ipse hab. *c. Daibertum. qu. 2. l. si filius. l. d. donat.* neque debent ædificare Ecclesiæ cum præjudicio alicujus *l. assiduis. inf. C. qui pot. in pign. hab.* Nam lic. sit magnus favor Ecclesiæ, ut in ejus commodum à regulis Juris recedatur, *l. Julianus. §. si quis à populo. ff. de A.E. l. etsi non adscripta C. de fidei. libert.* tamen ut cum jactura alterius locupletior fiat, non permittitur *l. nat. cum l. sq. ff. de condit. indeb. & l. cū hi. §. si quis. ff de transact.* quin imò dolo malo videtur facere, qui ex aliena jactura lucrum quærit. *l. si quis mancipiis. inf. ff. de instit. act.* An vero in ejusmodi rebus donatis Ecclesiæ, donanti integrūm sit, aliquod jus reservare? Neg. videtur c. noverint. 10. q. 1. Verum Canonistæ admittunt, quod Patronus tempore fundationis consensu Episcopi sibi censum quotannis solvendum, aut alia emol. sibi reservare & stipulari possit, modò fiat. 1. Reservatio sive stipulatio ista tempore fundationis, 2. Consentiente Episcopo, & 3. Dos per istam stipulationem non desinat esse sufficiens quippe non civili tantùm sed etiam naturali juri consenta-

sentaneum est, ut cuique rem suam, prout lib. alienare lic. atque integrum adeo sit, in rebus donatis aliquod jus reservare. *v. l. 9. de donat. Pluribus in* Wernl. *Addit. l. 3. c. 3. p. 243. tum seq.*

Sexta Conclusio. *In sua Canonica portione decimarum, hoc est, quarta,* (14) *Episcopus de jure communi fundatus est; text. est* in c. conquerente, de off. ord. & c. de quarta, de præscript. not. ibi gloss. Host. & Jo. And. d. c. cum contingat. *Abb.* d. c. quoniam. num. 3. *& per illum textum, Rebuff.* d. quæst. 7. num. 11. & quæst. 3. n. 14. *Innoc.* c. requisisti. de testam. *Tyndar.* d. tract. num. 71. *ubi etiam tam text.* in d. c. conquærente, *quam* in c. dudum. de dec. *intelligit, ubi prædia illa sita sint in Ecclesia baptismali, quæ subjecta sit Cathedrali, & contentio est inter baptismalem & Episcopum, ut nimirum quarta tunc debeatur Episcopo, reliquum verò Ecclesia baptismali,* ut per Tyndar. ibid. *debetur autem hæc quarta Episcopo ratione conjunctionis, & universalis cura, quam habet Episcopus in Ecclesiis subjectis*, ut post Innocent. d. c. requisisti, not. Tyndar. d. tract. num. 71. *Ecclesia vero Cathedralis, seu matrix Ecclesia* (15) *nullum jus habet in Ecclesiis seu capellis civitatis,* ut post gloss & Innocent. in c. dilecto, de off. Archid. & c. constitutus,

tutus de relig. idem voluit Tyndar.d.tract. n. 71. *Poterit tamen huic decimæ 40. annis præscribi*, ut habetur in d.c. de quarta, & inter cæteros adnotavit Abb.d. num. 3.

Septima Conclusio. *Potest Episcopus nomine cujuslibet Ecclesiæ parochialis subjectæ* (16) *ad decimas agere, quando non est Curatus, qui agat*; ita Rebuff. d.quæst. 7. num. 12. per c. ult. de success. ab intest. *ubi tamen nihil ad rem.*

Octava Conclusio. *Si loquamur de Ecclesia prædiali, in qua prædia sita sunt, tunc communis regula est*, (17) *quod prædiales decimæ prædiali Ecclesiæ debentur*, c. fin. de paroch. c. quoniam. de decim. *personales vero parochiali, pro qua hoc loco cum aliis Doct. intelligimus baptismalem in qua quis audit divina, & recipit sacramenta*; text. est in c. questi. & c. statuimus. 16. q. 1. & d. c. fin. de paroch. hanc regulam ponit Tyndar. d. tract. num. 7. Rebuff. d. quæst. 6. num. 1. & 7. Abb. in c. cum sint. num. de decim. ubi gloss. 2. idem Silvest. in sum. verbo, decima num. 14. S. Thom. & Cajet. 2. n. 287 art. 3. Sot. d. l. 9. quæst. 4. art. 3. gloss. 2. d. c. fin. ubi cæteri de paroch. & alii Doct. passim. *Est autem proprie* (18) *Ecclesia hæc parochia-*

chialis, seu baptismalis, cui personales decimæ persolvendæ sunt, illa Ecclesia, in qua homines audiunt divina, & recipiunt Sacramenta per totum anni circulum, ut habetur in d. c. quæst. in not. Rebuff. d. q. 6. num. 2. *& latè tradit Menoch.* de præsumt. lib. 6. præsumt. 88. num. 1. ubi etiam num. 3. *post alios dicit, idem esse, si per majorem anni partem in Ecclesia divina audiat, & percipiat sacramenta; si vero æqualiter in duabus Ecclesiis id faciat,* (19) *dividentur æqualiter personales decimæ, alias pro rata temporis;* ita Rebuff. d. n. 2. & Butr. in c. 2. fin. de decim. post Innoc. *Neque tamen, si quis* (20) *in monasteriis audierit divina, aut etiam percipiat sacramenta, ut hodie fit, ideo decimæ personales illis debentur, sed parochiali, in qua habet domicilium, cum in ea Ecclesia & divina audiri, & sacramenta percipi debeant,* c. 2. de paroch. & c. cum quis. §. 1. de sepult. in 6. *paria autem sunt recipere, vel recipere posse, & per eum stare, quo minus recipiat,* l. quod te. ff. si cert. petit. *& cum per Curatum non stet, non est ei imputandum,* l. in jure, ff. de reg. jur. cum simil. & ita in hac specie tenuit Navar. consil. 1. numer. 5. tit. de decim. vol. 1. Rebuff. dict. num. 2. post Feder. cons. 253.

in fin. & idem etiam tenent S. Thom. Cajet. & Sot. locis citatis. (φ)

(φ) Et certè, si animalia pascantur in prædiis ejusdem parochiæ, ubi Domino spiritualia exhibentur, tum fœtus (qui tamen non prius, quàm sine matre vivere queat, decimatur) eidem Ecclesiæ parochiali obveniet. Si verò alibi pascantur, tum dividenda erit decima inter Ecclesiam, ubi animalia pascuntur, & Ecclesiam, ubi Dominus illarum divina percipit Sacramenta. In his autem mixtis sicut nemo dare cogitur meliora; sic nec etiam solvere debet deteriora, sed legi & conscientiæ satisfaciet, si mediocria quis dederit.

Quod intelligendum, si non constet, quis agnus vel vitulus in ordine sit decimus, si nunquam appareat, solvendus ille erit, quod si mutetur, debebiturque uterque. *Frid. Martini d. disp. Canon. d. decim. conclus. 4. 5. & 6.*

An autem saltem aliqua decimarum pars solvenda est Ecclesiæ parochiali, in qua degit pecorum Dominus, lic. in ea pecora nunquam pascantur, nec accubent? Affirm. *Navarr. cons. 1. de dec.* cujus sententiam probabilem esse ait *Castro Palao D. Un d. decim. pag. 8. n. 9.* quia de his decimis nulla est constitutio expresse assignás eas Ecclesiæ, in qua armenta resident; Ergò cum vocentur mixtæ, cum medium sint inter personales & prædiales, priores autem debeantur parochiæ, ubi persona residet; posteriores, ubi prædium existit, hæ decimæ, quæ medium sunt

sunt inter utrumq; dictũ membrum, debebunt dividi inter parochiam, in qua armenta resident, & in qua persona residet, saltem quoad partem, quam assignaverat *Navarrus l.c.* Sed Resp. longè communiorem & probabiliorem sententiã stare contra Nav. partim, quia mixtæ decimæ non constituunt mediam quasi speciẽ inter personales & prædiales, sed ad prædiales sunt revocandæ, cum in Jure solùm duæ illæ species exprimãtur, nec ulla sufficiens ratio tertiã eam speciem suadeat: partim, quia nullum fundamentum adest illius quotæ, seu quartæ partis potiùs, quàm sextæ, vel octavæ, &c. cum nec ex debito personæ, nec ex temporis quantitate ea mensura peti possit. Ut proindè rectiùs hîc servetur sola regula prædialium decimarum *Em. Gonzalez. ad c. 18 h.t. Azor. p. 1. L. 7. c. 14. quæst. 15. Pro praxi* hîc observ. 1. *ex eod. Azor. c. triplicem* esse animalium fructum; primus consistit in fœtu, 2. in lacte v. gr. & iis, quæ ex lacte conficiuntur, 3. in pellibus & lana, *l. 28. in pr. ff. d. usur. &* §. 38. *J. de R.D.* Unde ex fœtibus is, qui decimo loco est natus, debet pendi habenti jus decimandi, lic. possit ex consuetudine pecunia pro eo solvi. Ex lana quoque decima debetur, cùm detonsæ sunt pecudes, ita, ut 9. velleribus retentis decimum persolvatur: ex lacte similiter. 9. mensuris retentis decima præstatur, uti ex caseis v. g. decimus? Dicitur autem consuetudine alicubi receptum, ut decima ex lacte solvatur in ea parochia, ubi ex uberibus lac hauritur, & ex

caſeis, ubi caſeo fiunt, & ex fœtu, ubi pulli naſcuntur. 2. *Obſ. cum Gonzal. l. c.* ea, quæ dicta ſunt de decimis prædialibus ex fructibus animalium ſolvendis, præcipuè intelligenda eſſe quoad animalia, manſueta ubicunq; tand. alãtur. Si a. ſunt vera animalia, videtur opus hac diſtinctione, utrum ea ſint in nullius Dominio; an vero ab alicujus Dominio conſiſtant? Priore enim caſu, ſi decimæ inde percipiantur, non erunt ullo modo prædiales, ſed merè perſonales, quia emolumentum ſeu lucrum rei totum ex hominis induſtria profluit; veluti ſi quis piſcatur in mari, aut flumine publico, vel venatur in nemore publico, ubi nemo habere ponitur dominium, vel jus prohibendi piſcationem, aut venationem. At in ſecundo caſu, ubi fera animalia capiuntur, in aliquorum Dominio vel poteſtate exiſtunt, decimæ eorum prædiales erunt, quia in fructu prædiorum cenſentur talia animalia, quatenus in nemoribus aut ſtagnis incluſa hærent, & per venationem aut piſcationem cum lucro Domini extrahuntur; ubi decimæ debentur parochiæ, in qua ſtagna ſunt, aut nemora *arg. l. 3. §. 14. ff. de A. vel A. O. & l. 9. §. 5. & l. 62. §. 5. ff. d. Uſufr.* quod exponunt etiam *Rebuff. quæſt. 8. numer. 10. Suarez. cap. 34. num. 7.*

Quod ſi plura quis habeat domicilia in pluribus parochiis, (21) *illi ſolvet, in qua principale domicilium habet*, ut poſt Henr. Boich. in c. pervenit, de decim. not. Rebuff. d. num.

d. num. 2. *sed si domus est in confinio duarum parochiarum*, (22) *utrique debetur decima personalis*, gl. ult, & Doct. in c. licet, 86. qu. 3 Innoc. & alii, in c. super eo, de paroch. & Rebuff. d. q. 6. num. 3. *Si vero dubitetur, de qua parochia sit domus*, (23) *inspicietur situs januæ, & illius erit parochiæ, in qua janua sita est*; ita Rebuff. ubi supra numer. 4. post Bart. in l. quod conclave, ff. de dam. infect. *& si habet duo ostia, attenditur, quod anterius & nobilius est*, Rebuff. d. q. 6. n. 5. arg. l. cum in diversis, ff. de relig. & l. quæritur, ff. de stat. hom. Corna. in tract. de potest. reg. quæst. 37. *Illud quoque notandum est, quod si quis mutaverit domicilium*, (24) *decimæ non debentur priori Curato, sed secundo, si ibi audiantur divina, & recipiantur Sacramenta*; ita Rebuff. d. quæst. 6. numer. 24. per text. in c. ad Apostolicæ, ubi Butr. & alii, de decim. *Si vero* (25) *sit dubium de voluntate constituendi domicilium, tunc requiritur, quod per multum temporis ibi mora trahatur*, ut post Butr. d. c. cum ad Apostolicæ, col. 2. tradit Rebuff. loc. cit. *Decimæ autem mixtæ* (26) *dividendæ sunt inter prædialem, & parochialem Ecclesiam, juxta quod de personali, & reali decima participant*,

cipant, ut latè & optimè tradit Navar. d. consf. 1. n. 8. & 9. sub tit. de decim.

De colonis vero, quibus Ecclesiis, & qualiter decimas suas tam personales, quam prædiales solvant diximus, c. præc. qu. ult. concl. 5.

NONA CONCLUSIO. *Si quæstio sit inter baptismalem, & parochialem seu capellam, & succursum, tunc dicimus, quod, licet* (27) *seclusa consuetudine, conventione, privilegio, regulariter, & in dubio decimæ debeantur baptismali, ut text.* in c. in diœcesi, 13. quæst. 6. c. de decimis, & c. statuimus, 16. q. 1. c. cum contingat, & c. cum in tua, de decim. c. veniens, *ubi Imol. de præscr. idem not. gloss.* in c. ex transmissa, de præscr. *late Rebuff.* d. tract. quæst. 6. num. 10. & 11. *qui etiam* num. 10. post gloss. & *Butr.* d. c. cum contingat, *probat de jure baptismalem fundatam esse in prædialibus*. *Pro majori tamen hujus rei dilucidatione*, (28) *distinguendum est cum Joh. And.* in Addit. ad Specul. tit. de decim. *quem sequuntur Doct. ut testatur idem quoque tenens Tyndar.* d. Tract. num. 37. *Nam aut prædia, de quorum fructibus decimandis agitur, sunt sita infra limites Ecclesiæ baptismalis, & tunc clarum est, quod talis decima ad illum pertineat; & hoc*

hoc probant Doct. & jura mox allegata; *aut prædia sita sunt infra limites Ecclesiæ parochialis, quæ non est sub limitibus baptismalis, & tunc quoque clarum est, decimam spectare, non ad baptismalem, sed potius ad parochialem, neque tunc habet contendere cum baptismali Ecclesia, sed cum Episcopo*, ut optime adnotavit Tynd. l.c. quod idem tradit Rebuf. d. q. 5. n. 16 & 18. *Difficultas est, quando parochialis est sub baptismali, & prædia sita sunt intra limites parochialis, & tunc etiam distinguendum est; nam aut baptismalis erecta fuit in baptismalem post parochialem, ita ut comprehendat sub se parochialem, tanquam capellam, & tunc Ecclesia parochialis habebit suas decimas antiquas*; Ita Jo. And. loc. cit. Tyndar. d. tract. num. 74. Rebuff. d. quæst. 6. nu. 17. post gl. in c. quicunque, 16. quæst. 1. ubi opt. text. & Abb. cons. 18. vol. 1. *Ratio est, quia non censetur hæc Ecclesia erecta cum incommodo, & præjudicio jam erectarum, ut not. Doct.* in c. ad audientiam, il. 1. de Eccl. ædif. *Rebuff.* d. num. 17. *Tyndar.* d. nu. 74. *per text.* in c. pastoralis, de decim. *sed melior est* in c. si quis laicus, & c. de decimis, 16. quæst. 1. *Et hæc procedunt quoad decimas reales; personales vero dividentur in Ecclesiam baptismalem,*

lem propter baptismum, & parochialem, propter alia divina; ita post Joh. Andr. tenet, Rebuff. d. num. 74. Card. c. cum contingat, per c. cum quis, de sepult. in 6. Barbat. cons. 49. colum. 2. vol. 3, quod idem dicit esse satis rationi consonum, Abb. d. c. cum contingat, colum. 2. *Aut ecclesia parochialis est infra limites baptismalis, & constat baptismalem prius fuisse erectam, & tunc si quidem constat decimas assignatas fuisse parochiali in constructione ejus, tunc, inquit Tyndar.* dict. tract. num. 76. *quod sine dubio illi parochiali Ecclesiæ debentur; ego vero puto* (29) *etiam ad hoc requiri, vel fundationem Papæ, vel Episcopi quidem, sed ex necessitate propter nimiam distantiam, vel ex alia justa de causa; prout est text.* d. c. ad audientiam, il. 1. & c. constitutus, de relig. dom. *& ibi not. & Rebuff.* d. quæst. 6. num. 15. *Lap.* alleg. 66 num. 3. *& Card.* cons. 26. num. 4. *quod etiam tunc solum concedit idem Tyndar.* d. tract. n. 81. & 82. *quando non apparet de ista assignatione decimarum Ecclesiæ parochiali facta. Verius autem est, parem in hoc esse utriusque rationem*, ut patet ex allegatis. *Non nego tamen, quin in dubio causa justa morum fuisse Episcopum, præsumendum sit*, ut loco citat.

adno-

adnotavit Rebuff. per c. nisi essent, de præbend. *Ad hoc verò, ut Capellanus d. Ecclesiæ recipiat obventiones, tria requiruntur in terminis* d. c. ad audientiam, ut ex eodem text. & aliis not. Rebuff. d. quæst. 6. num. 21. *Primo, quod baptismalis Ecclesia redditibus abundet; Secundo, quod illa Ecclesia sit necessaria; Tertio, quod illa capella non habeat sufficientes redditus.* Idem larè prosequitur Lapus de alleg. 66. num. 1. & tribus seqq. & Jo. Silva in tract. de benef. 1. p. quæst. 5. nu. 100. & seqq. *Aut demum dubitatur, an prius fuerit erecta parochialis vel baptismalis, & tunc baptismalis habet fundatam de jure communi intentionem; ita Tyndar.* d. tract. num 83. *& sic procedunt alia per eundem; allegantur* num. 77.

Pro complemento hujus conclusionis adnotandum est, quod si baptismalis Ecclesia consentit assignationi limitum, & fundationi parochiæ, tunc (30) *censetur remisisse jus decimandi, & alia jura parochialia, quoad illam portionem limitum, qui novæ Ecclesiæ assignati sunt;* ita Tyndar. d. num. 83. Rebuff. d. q. 6. num. 20. Card. de cons. 26. num. 4. *neque tamen potest propter hunc consensum* (31) *aliquid accipere*, juxta text. in c. querelam, ubi

ubi Doct. de Simon. & not. Rebuff. d. quæst. 6. num. 22.

Decima Conclusio. *Non potest decima (32) retineri sacerdotibus ex eo, quia sint malæ vitæ*, ut est text. in c. si Episcopus, 16. quæst. 6. & in c. tua nobis, ubi gloss. Abb. & alii Doct. de decim. & not. etiam Rebuff. d. tract. quæst. 7. num. 15. per text. in c. quid dicam, 14. qu. 4. & c. forte, quæst. 5. Silvest. in summ. verb. decima, num. 14. *Idem (33) si eas decimas in malos usus convertant, ut post Host.* in rub. de decim. *& alios probat Rebuff.* d. quæst. 7. num. 16. *dicit tamen Silvest.* loco cit. in vers. 8. eum, *post Host. quod si sacerdos non deserviat Ecclesiæ, aut notorius peccator sit, poterit (34) ei non solvere, sed proximo superiori, quo dicto relato dicit illud durum esse Turrecr.* in c. fin. num. 16. quæst. 1. *cui ego assentior, cum Laici maximè privati Sacerdotes judicare non debeant.* (χ)

(χ) Licet per *c. non omnis 2. ibi, utilius. caus. 1. q. 1.* denegandæ parochis aut Clericis decimæ sint ex eo, cum, si præstantur, foveri Clericor. malitiæ & perversitati; ac eos ali in peccatis videantur, tamen decimas iis deberi, juri consentaneum est, ex ratione, quod non recipiant propter bonitatem vitæ, sed servitium, quo præstito, parochiani à debito decimarú exemti

non

non sint: Dummodo non sit notorius fornicator, aut aliis notis criminibus irretitus is, cui decimæ debentur, quò casu illi justè denegari poterunt, *c. præter. 6. dist. 32.* & Decimæ in utilitatem Ecclesiæ, Auctoritate Episcopi, controv. *Rebuff. quæst 13. num 7. 9.* Sed ne tales homines nullius pretii ad Clericatum promoveantur, observent Collatores, haud respicientes, ut morigeros sibi Pastores haberent, aut in re sua familiari aliquod ab illis emolumentum perciperent: Nam quanquam Patronis & Collatoribus Novum Pastorem & Ministrum Ecclesiæ liberè nominare liceat, tamen restricta esse debet ad idoneum subjectum, nimirum curet Patronus, ut idoneum nominet, tam quoad gravitatem morum, integram existimationem & conversationem, ac vitam exemplarem; *Nov. 6. c. 1. N 123. c. 1. & c. 12. can. qui Episcopus. 2. dist. 23 c. in cunctis. 7. x. de Elect. c. grave. 29. x. d. præbend.* quàm quoad eruditionem, LLinguarum & S. S. Theologiæ cognitionem *d. N. 123. c. 1. & 12. d. c. 20. x. de præb. c. quamvis, 15. x. d. æt. & qual. c. ad audientiam. 11. x. de Rescript.* Inprimis vero quod sinceram Relig. quam profiteri debet, *d. N. 123. c. 12 ibi*: & rectam fidem. Idem Saxoniæ Elector monuit in artic. generalibus bey der *Visitation anno 1555.* Es sollen auch die Edelleut / &c.

Undecima Conclusio. *Possunt denegari (35) decimæ Clericis ex eo, quia*

ab illis sibi denegantur Sacramenta; ita Lap. alleg. 66. num. 7. & 8. *ubi etiam concludit, quod possunt Laici opponere exceptionem spoliationis divinorum: & respondet contrariis. Ratio vero est, quia decimæ saltem personales dantur ratione administrationis Sacramentorum*, ut superius nos semel admonuimus. *Id tamen intelligendum est,* (36) *dummodo non propria auctoritate retineant, sed in judicio excipiendo, seu reconveniendo*, ut patet ex Lap. loc cit. *Neque* (37) *contra potest Parochus propria auctoritate denegare Sacramenta, ex eo, quia sibi non solvantur decimæ, nisi id notorium sit*, ut latè & optimè ostendit Navarr. consil. 2. numero 2 tit. de decim. volum. 1. & Cornel. Benincas. in tractat. de paupertate, quæst. 7. in 6 speciali, num. 17. (ψ)

(ψ) Impœnitentes, qui ex proposito & destinato malo animo debitas decimas solvere recusant, quamdiu in eo perseverant, ad Eucharistiam Sac. admittere neutiquam licet, nec absolutio iis dicenda; exigit enim officium Ministrorum Ecclesiæ, indignos ab hoc Epulo divin. excludere, ob summum periculum, quod illis imminet, *Leg. 1. Corinth. 11. v. 27. & 29. Psalm. 51. vers. 19. & Carpzov. d. tract. t. 18. definit. 180. per tot.* ubi plures rationes ad-

duci-

ducit. At isti detentores debent revera tales esse, caveantque Ministri Ecclesiæ, ne sese præcipitent, conscientiam suam lædant, & bonis ac innocentibus hominibus injuriam inferant; quia potius, si res ipsis ambigua videatur, ad Consistorium deferant. Hodiè tamen Ministris Ecclesiæ multis in locis potestas arcendi à Sacr. Cœna est adempta, ita, ut inconsulto Episcopo sive Consistorio, neminem à Cœna Domini arcere queant. *Conf. Addit. ad Berml. l. 2. c. 6.*

Duodecima Conclusio. *Non possunt demum denegari decimæ*, (38) *Clericis ex eo, quia divites sint, neque indigeant; text. ubi gloss.* in c. decimæ, 16. q. 1. Joh. An. & alii, in rubr. de decim. *Rebuff.* d. quæst. 7. num. 14. *Covarr.* d. l. var. resol. cap. 17. num. 14. *Turrecr.* in c. quoniam quicquid. num. 8. 16. quæst. 1. *inter Theolog. S. Thom.* quo d. l. 6. art. 10. & 2. 2. quæst. 87. artic. 3. ad 1. *Sot.* libr. 9. de just. & jur. quæst. 4. art. 3. *Sylvest.* in summa, verb. decima, num. 14. vers. 8. *ubi etiam rationem affert, quæ communis est, & affertur etiam à S. Thom. & Sot.* loco citato, *quia neque decimæ solum ob sustentationem Mini-*

nistrorum dantur, sed etiam pro (39) *pauperibus (ut etiam colligitur* ex c. tua nobis cum simil. *ubi habetur, quod decimæ sint tributa egentium animarum) & licet etiam admittamus, quod sustentatio Ministrorum fuerit ratio instituendi decimarum solutionem; ex quo tamen hoc est effectum & debitum per Ecclesia statutum, illis quoque debentur, etiam si divites sint. Non debentur tamen* (40) *jure divino, aut naturali decimæ talibus ministris non indigentibus, ut ex eodem Silv. Covarr. & aliis Doct. maximè Theologis patet, & nos* cap. 1. quæst. 1. & 2. & cap. 5. quæst. 5. *fusius ostendimus. Ubi etiam admonuimus, tunc saltem, cum indigent, & quoad substantiam jure divino, & naturali deberi decimas etiam post legem Evangelicam. Quod nunc ex eo breviter probare possumus, quod tam jure naturali, quam divino dignus est operarius mercede, & cibo suo*, Deuteronom. 24. Matth. & Luc. 10. vers. 1. ad Timoth. 5. & 1. Corinth. 9. *& quod sacra ministrantibus debeatur à populis sustentatio, patet ex eodem loco* Matth.

&

&Luc. 10. *ubi loquens Christus Dominus de Apostolis verbum DEI annunciantibus adducit eum locum Deuteron.* Dignus est operarius, &c. *patet etiam ex alleg. loc. Pauli* 1. Corinth. 9 & 1. Timoth. 5. *ubi de se ipso & aliis prædicantibus, sacraque dantibus tum eundem locum affert, tum illud Deut.* 25. Non alligabis os bovi trituranti. (ω)

(oo) Vor was für einer Obrigkeit die Zehend-Strittigkeiten außzutragen? D. cum Dd. an Q. decimarum concernat spiritualitatem, hoc est, qu. fit mentio de jure ex grat. qu. Prælatus vel Parochus dic. mihi jus competit decimandi, vel mihi competunt decimæ, vel si pet. certam quantitatem fructuum pro decima & Laicus opponat: Tibi non competit decima vel jus decimandi. An vero meram commoditatem fructuum vel tantum factum, ubi nimirum fructuum mentio fit; puta, si Prælatus petit unam summam frumenti propter decimam, Laicus dicit, se solvisse, vel nondum diem solutionis, advenisse; vel dicit, tot fructus non præstare debere, &c. Priore casu, Judex Ecclesiasticus tantum est Judex competens, quia spiritualitas est causa prohibitiva cognitionis Judicis secularis, cum illius sit incapax, *ut in c. causa 9. de præscript.* & propterea in decimarum causa, Judici Laico, uti spirituali, si petitorio agatur, cognitio nulla competit; appellationes etiam in petitorio in Camera non recipiuntur. *Gail. 1. observ. 38. num. 1.* Sed ad Judicem Ecclesiasticum, uti competentem, remittitur. *Vid. Klock. consil. adopt. 1. num. 98. in causa* Riepingen *contra Gallot. app. 5. An. 1581.*

SECUN-

Secunda Conclusio. *Si quæstio sit (6) meri facti, an talis percipiat, vel solvat decimas, vel quia agatur contra tertium detentorem fructuum decimandorum, judex etiam Laicus competens erit*; ita Covarr. pract. quæst. c. 35. num. 2. Zerol. d. vers. ad 6. Rebuff. d. quæst. 10. num. 3. Ludov. Gomes in c. si annum, num. 15. & 16. de judic. in 6. Felin. & Feder. de Sen. loc. cit. Butr. c. fin. num. 20. de jud. Abb. d. c. literas, num. 7. & seqq. Gail. in f. num. 2. per text. c. petimus, 11. quæst. 1. Marchef. d. tractat. de commiss. & rescript. c. 4. num. 30. part. 2. post alios, *& in qualibet materia (7) spirituali & Ecclesiastica tradit* Ant. Gravat. in addit. ad Vestr. in sua Praxi lib. 5. c. 1. Soar. in Thes. recept. sent. verb. spiritualium, & Turzan. opin. 90. ex communiori. *Poterit tamen etiam in hoc cognoscere (8) Ecclesiasticus*, ut late & optimè probat Marchef. d. num. 30. Covar. d. n. 2. in princ. & Germon. d. c. 15. numer. 95. & 96. (ee)

(ee) Si quæstio super fructibus decimarum, ad quem Judicem, Ecclesiasticum ne seu secularem spectet cognitio? R. cum ista causa non sit spiritualis, sed prophana, ideoque talis cognitio ad Judicem secularem spectat, cum fructus decimarum inter spiritualia non compsten-

putentur, nec causa eorum spiritualis, ut decimarum. *Nic. Everb. cons 30. num. 3. tom. 4.* prout & hoc latè demonstrat *VVesenb. part. 2. Resp. Iur. Consil. 56. per tot.* cum quo concordat Jus Bavar.

Si verò quæstio est super denegata solutione decimarum, ad quem cognitio spectet? Si const, ex libello actoris vel alias, quæstionem esse super denegata solutione decimarum, tunc ejus cognitio Laico competit prout vid. potest *Gail. 1. obs. 38. num. 4.* quia facti quæstio est, &c. Et generale, ut, dum in negotio, quamvis spirituali, super facto lis est Laicus competens sit. Concordat *hîc A. nr. sub num. 5. cum seq.*

TERTIA CONCLUSIO. *Si agatur de possessorio decimandi* (9) *communis fere omnium resolutio est, quod potest judex Laicus cognoscere; ita ex communi resolvit And. Gail.* d. observ. 38. num. 2. *auctoritate gloss.* d. c. literas, in vers. rebus, *quæ tamen gloss. nihil de decimis, & est communiter reprobata, teste Covarr.* d. c. 35. num. 1. *& in qualibet* (10) *causa spirituali, quando super mero possessorio agitur, tenet* Guid. Pap. decis. 85. in princ. Boer. decis. 60. num. 23. Gram. decis. 78. per totam Afflict. decis. 2. & 24. cum aliis, quos referunt & sequuntur Gail. ubi sup. num. 3. & 4. Gravat. loco cit. Soarez in Thesaur. recept. sent. lit. P. numer. 186.

Me-

Menoch, de recup. poss. remed. 15. num. 211. communem etiam asserit Covarr. d. c. 35. n. 1. & in epit. despons. & matr. 4. par. c. 8. §. 12. num. 3. *à qua tamen etiam communiore sententia, si simpliciter intelligatur* (11) *libenter recedo cum* Lig. in clem. dispendiosam, de jud. Guid. Papa, cons. 149. Rol. à Vall. cons. 23. num. 17. l. 2. Osasc. dec. 116. num. 1. Butr. d. c. fi. n. 20. de jud. Bero. in rubr. de jud. num. 51. & Covar. d. num. 1. vers verum si diligenter, post Joh. Dajamam in procem. pragmat. sanctionis, §. postremo & alios, quos ipsi citant; *& in specie in materia decimarum latè tradit* Rebuff. d. quæst. 10. n. 1. ad hoc allegans gloss. in summa 10. quæst. 1. & text. in c. dudum, de decim. *Et ratio illa optima est, quod causa* (12) *Ecclesiastica & spiritualis ad forum, judiciumque Ecclesiasticum spectat non autem Laicos*, c. 2. de jud. c. tuam, de ord. cog. cum similib. *causa autem possessoria* (13) *rei Ecclesiastica, etiam simpliciter & absolutè dicitur Ecclesiastica*, ut probatur ex clem. unica, de causa poss. & propr. & clem. unica cum ibi notat. de seques. poss. & fruct. *Nisi velimus dicere, eos Doctores omnes qui contra sentiunt, vel aliquos saltem intelligendos esse,* (14) *ubi est solum quæstio facti posses-*

possessionem, hoc est, cum incidenter in judicio quaritur, an talis exigat decimas, non autem cum principaliter agitur, ad hoc ut Clericus manu teneatur in possessione percipiendi decimas. Imo Marches. d. num. 30. *& Covarr.* d. n. 2. in princ. *post Feder. de sen.* de conf. 245. *fatentur* (15) *posse etiam Laicum in quæstione facti conveniri coram judice Ecclesiastico, ubi agitur solum, an decimæ sint solutæ, vel an istæ teneatur, vel alius, non autem cum de jure decimarum, aut de exemtione, aut privilegio circa solutionem; quod etiam tenere videtur Felin.* d. c. causam, n. 15. de præscript. *& licet non bene, videbit fortasse quis quomodo possit constare cum eo, quod paulo ante hac eadem conclusione ex eodem Covarr. ostendimus; constat tamen, & utrumque sustineri potest. Veriores autem postremæ opinionis restrictiones, & prioris intellectus hi erant, quos duabus sequentibus conclusionibus complectemur.*

QUARTA CONCLUSIO. *Quoties jus decimas percipiendi ad Laicos spectat ex feudo, vel privilegio, judex competens* (16) *tam conveniendo, quam excipiendo erit laicus; ita in his terminis tradit Rebuff.* d. qu. 10. num. 39. *Germon.* d. c. 19. n. 90. *Covarr.* d. c.

d.c.35. num.2. verf. tertio quoties decimæ, *ubi alios refert atteſtantes, hanc conſuetudinem Galliæ eſſe. Ratio eſſe poteſt, quia tunc perſona Laica eſt, neque jus tunc ſpirituale eſt, ſed temporale, cum tunc ſolum habeat fructuum commoditatem*, juxta notat. per Doct. in c. ad hæc, & c. quamvis, de decim. Rebuff. d. q. 10. num. 34. & per nos tradita ſup. c. 5. quæſt. 3. concl. 1. (σσ)

(σσ) Quando de decimis inter duos Laicos litigatur, ad quem cognitio ſpectet? Hîc excipiendus caſus, ſi proceſſus vel litigium verſatur inter merè Laicos, ubi litigari & appellationes ad Cameram pervolui doc. *Mynſing. 15. obſerv. 10.* quamvis de Jure Canonico ſecus ſit. *Id. tr. Meichſn. deciſ. noviſ. Camer. Imper. deciſ. 22. num. 5. Add. Hartm. 2. miſcell. tom. 11. num. 4.* ubi præjudicia citantur. Et hoc etiam de Jure Bavar. obtinet.

Quinta Conclusio. *Laicus conductor decimarum, ubi non adſit contraria fori præſcriptio, ſeu conſuetudo, prout eſt in hac civitate & diœceſi Mediolanenſi*, (17) *poteſt, & debet etiam conveniri coram judice Laico*, ita in ſpecie Covarr. d. num. 2. verſ. 5. non video. Idem voluit Rebuff. d. quæſt. 10. n. 4. & 38. Gemin. in c. ultimo, in fin. de for. compet. in 6. gloſſ. in c. veſtra, de loc. *Ratio*

tio est, quia seclusa tali consuetudine (18) *regulariter Laicus debet à Clerico conveniri coram judice Laico*, c. si Clericus Laicum, de for. compet. *maximè, ubi non constat rem esse Ecclesiasticam*, ut ibi tradunt Doct. *at tunc non agitur de jure decimarum, neque de decimis solvendis ab his, qui tenentur eas solvere, sed de solvendo pretio, vel mensuris, quibus conductæ fuerunt decimæ alicujus parochiæ. Contrarium tamen hac in re sentit Germon*. d. c. 19. num. 97. *volens posse etiam judicem Ecclesiasticum cognoscere*; quamvis enim, *inquit*, quæstio facti sit, hoc tamen factum ex jure oritur decimarum, cujus cognitionem ad judices Ecclesiasticos spectare in manifesto est, qui propterea non redduntur incapaces cognitionis illius facti, quod ex jure ad ipsos spectante provenit.

SEXTA CONCLUSIO. *Licet amplecti velis primam opinionem ex iis, quas in tertia conclusione protulimus, ea tamen nullo modo procedere potest, ubi res solum inter Clericos agatur, aut reus solum est Clericus; debet enim tunc* (19) *causa etiam possessoria coram judice Ecclesiastico tractari; ita in quavis re spirituali docet* Navar. in repet. c. cum contingat, remed. 1. de rescript. & Covarr.

varr. d. c. 35. num. 1. in fine. *Ratio est, quia utroque jure Clericus* (20) *conveniendus est solum coram judice Ecclesiastico*, c. qualiter, de jud. c. 2. & c. si diligenti, de for. compet. c placuit, 11. quæst. 1. Auth. statuimus, C. de Episcop. & Cler. ubi Doct. cum simil. quod etiam late prosequitur idem Covarr. in d. pract. quæst. c. 31. n. 8.

Septima Conclusio. (11)

Q. 1. (11) An in causa decimarum compromitti possit? A. per *c. cū Apostolica. 7. x. d. his, quæ fiunt à Prælatis & ibi Panorm. Canis. d. tr. c. 10. num. 3.*

Q. 2. In causa decimarum quot debeant esse arbitri? *R. c. d. 2.* Arbitros quidem requirit, de Jure tamen permissum, ut etiam unus, vel plures constitui possint *c. 1. x. d. arbitr. & c. per tuas 9. x. eod.* vel lis sit inter duos laicos, id quod hodierna praxis docet.

Q. 3. Conductor decimarum coram quo conveniendus? R. coram Judice Laico vel seculari, ex sententia *Covarr. pract. Q. Q. c. 35. num. 2.* quia hoc in casu non de jure decimarum agitur, cujus ne quidem possessio in conductorem transiit *l. 2. C. de præscr. 30. vel 40. ann. l. 32. §. 1. de acq. vel Am. poss. l. 9 ff de R. V.* Sed tantum actione locati, propter commoditatem fructuum à conductore perceptorum; *c. 2. x. d. locat. cond.* quod etiam observ. in venditis fructibus decimarum si emtor Laicus est: *Canis. d. l. num. 17.*

Causa decimalis ubi de jure ipso agitur, non potest (21) in laicum compromitti; ita post Card. conf. 94. tenet Camill. Borel. tract. moder. de compromiss. §. 2. gloss. 1. num. 324. *Imo, in nullum absolute fieri posse (22) hujusmodi compromissum tradit Lanfr. Orian.* in suo tract. de arbitr. §. compromissum, *quem etiam in hoc sequi videtur Borel.* loco cit. *Ratio vera illa est, quia spiritualia (23) compromitti non possunt*, c. contingit, ubi Abb. & ceteri, de arbitr. & c. decernimus, de judic. *poterit (24) tamen forte compromitti in Laicum simul & Clericum, accedente superioris auctoritate, ut in aliis spiritualibus fuse ostendit idem Borel.* d. gloss. 1. n. 79. & tribus seqq. *Illud sane certum est de fructibus ipsis decimarum, cum quid spirituale non sint, posse (25) etiam in Laicum compromitti*, ut post Lanfr. loco cit. not. Borel. d. gloss. 1. n. num. 327. *& de quavis re spirituali (26)* tradit Host. in summa tit. de arbitr. §. de qua re. Specul. eodem tit. §. rest. num. 2. *Et ratio esse potest, quia de iis transigi potest*, ut supr. late ostendimus, c. 5. quæst. 6. *compromissum autem est, (27) quadam transactio*, Auth. si vero contigerit, C. de judic. late Borel. d. tract. §. 1. gloss. 3. n. 268. & §. 2. gloss. 1. n. 64. 223. & 353.

QUÆ-

Quæro Secundo. Qualiter, & qua actione petantur decimæ? (vv)

(vv) Quibus remediis decimæ persequantur? R. vel actione exstipulatu & condictione ex canone, si permissæ sunt, *arg. c. 26. in f. de decim.* ad instar illius *ex l. un. ff. d. conduct. ex leg.* Vel actione feudali nominata, quando per abusivam & impropriam investituram, citra possessionis traditionem decimæ sunt constitutæ, argumento eorum, quæ habet *Ludvvell. in Syn. Feud. c. 2. pag. 32.* Vel utili adipiscendæ possessionis remedio, *arg. §. 3. Instit. de interdict.* Quod si acquisitæ fuerint, percipiens autem turbetur, competit in petitorio utilis Confessoria §. 2. *Instit. de action.* Sed in possessorio Interdictum uti possid. §. 4. *Inst. d. Interdict.* Vel recuperandæ *c. redintegranda. 3. cauf. 3. q. 1.* modò de justo perceptionis titulo doceri queat. *c. 2. d. restit. spoliator. in 6.* Interdum quoque actio loc. & empt. locum habet, ubi decimæ venditæ sunt locatæ.

Prima Conclusio. *Si agitur* (28) *possessoria adipiscenda, concludet Curatus, se habere talis loci curam, & ob id petit adipisci decimarum possessionem,* ut docet Rebuff. d. tract. quæst. 1. num. 1. *& sic etiam concludi potest* (29) *in aliis spiritualibus,* ut tradunt Doct. in c. accedens, de accus. Abb. in c. constitutis, in fi. de appell. & cap. pastoralis, colum. 3. de caus. possess. & propr. *Si*

vero agatur (30) *possessorio recuperandæ, quia sit decimis spoliatus concludet ad restitutionem*, juxta text. in c. ad decimas; de restit. spol. in 6. *& solet concludere ad remedium*, c. re integranda, 3. qu. 1. ut ait Rebuff. d. quæst. 9. num 2. *si demum turbetur* (31) *quis in possessione percipiendi decimas, agit interdicto* uti possideris *seu* retinendæ, *juxta tradita per Fabr. & alios Doct.* in §. retinendæ, Inst. de interdictis, *& in hac specie decimarum id docet Rebuf.* d. q. 9. n. 3. ubi etiã n. 3. *dicit, quod hoc interdicto* (32) *agere poterit, licet ratione sui beneficii, omnes decimas adhuc non perceperit, sed aliquas tantum, ex quo per collationem beneficii, & apprehensionem possessionis est effectus possessor omnium rerum, & jurium sua cura, & ecclesia; quin etiã hoc interdicto agere poterit* (33) *tam contra subditos recusantes solvere decimas, quam contra alios Curatos religiosos seculares, aut regulares, & generaliter contra quoscunque alios enim turbantes in dicta possessione*, ut tradunt Host. & alii, in c. dudum, per illum textum, & gl. de decim.

Secunda Conclusio. *Si agatur in petitorio* (34) *ad decimas præteritas agi poterit rei vindicatione*, ut est optimus text. in c. mo-

c. moderamine, ibi, sibi vindicent, & in c. revertimini ibi, quia fraudastis me parte mea, 16. q. 1. & in c. causa, de verb. sig. *ubi in bonis Ecclesiæ numerantur, & expresse tenet gloss.* d. c. moderamine, & c. revertimini, *& alia gloss.* in c. tua nobis, verb. tributa, ubi Abb. n. 5. 7. 11. & 12. & ceteri de decim. *quæ gloss. aperte dicit, hoc procedere, ubi etiam decima non sit segregata; cujus contrarium* (35) *late & solidis sane rationibus tuetur Anastas. Germon.* de sacr. immunit. lib. 1. c. 14. n. 16. & duobus seqq. *Rebuff.* d. tract. q. 3. n. 16. & 17. & q. 9. n. 6. & 4. seqq. *ubi etiam probat,* (36) *decimarum dominium non transferri in Ecclesiam, nisi post segregationem, licet contrarium in hoc contendat gloss. & Doct.* d c. tua nobis, *aget ergo tunc cum decima non est segregata ecclesia actione* (37) *personali, & condictione ex lege canonica; quod si solum illi debeantur ex consuetudine, aget* (38) *condictione ex lege consuetudinaria*, ut docet Rebuff. d. q. 9 n. 15. *licet practici non soleant* (ut idem ait) *variare libellum sive ex consuetudine debeantur sive non.*

Quando autem (39) *actione confessoria, aut negatoria, vel ex dolo agi possit in materia decimarum, quoniam non multum habent*

necessitatis, remitto te ad not. per Roffred. in tract. libell. jur. canon. in 4. part. in rubr. qua actione dec. pet. & Rebuff. d. q. 9. n. 11. 12. 13. & 18. *Ego hanc unam subdam conclusionem.* (φφ)

(φφ) Quibus actionibus potioribus decimæ à non solvente exigantur?

Et certè, si pastor petat à laico, qui negat ipsum pastorem habere jus percipiendi decimas ex illius prædio, tum aget actione confessoria, quâ cogetur adversarius consiteri fundum suum debere decimas. Quod si vero parochus fructûs petat separatim, tum vel rei vindicationem, vel conditionem ex Lege Divina instituet. Et, quia plurimum quoque turbari in perceptione decimarum parochus contingit hinc interdictum uti possideris, non raro etiam locum obtinebit.

Si præterea, privilegiatus per 40. annos dcimas solverit, præstatione tanti temporis, eum juri suo proprio renunciasse, & ad solutionem illam teneri vol. Quod idem obtinet, si à sententia contra privilegiatum lata non sit appellatum, & sic in rem judicatam transierit, cum non appellando etiam privilegio suo detrahere voluisse præsumatur. *Fr. Martin. d. disp. conclus. 47. cum 3. seqq.*

TERTIA CONCLUSIO. *Si agatur* (40) *inter duas ecclesias de proprietate juris decimandi, tunc agitur confessoria, quia de re*

re incorporali agitur; si vero contra colentem prædium, tunc agitur (41) *condictione ex lege*, Host. & Abb. d. c. tua nobis, post gloss. late Rebuff. d. num. 14. (xx)

(xx) Quænam actio sit intentata, si actor in libello petat declarari, daß Rei den unrechtmässig- verweigerten Zehenden/ rc. zu entrichten und zu bezahlen schuldig seye? R. actionem confessoriam intentandam esse, ex eo scil. concludendi medio: Weil ihme der Zehendt von allem Geträidt gebüre und zustehe; Confessoria enim agit, qui usufructum & jus decimandi, velut suum, vel aliam servitutem assemandi, velut suum, vel aliam servitutem asserit *l. 16 ff. d. servitut. VVesenb. in π. ff. si usufr. pet. n. n. 3. Klock. d. consil. 1, num. 111. Add.* Berndl. *lib. 4. cap. 6.*

Et hæc sint satis de hac quæstione.

Quæro Tertio. An, & quando causa decimarum sit summaria? (ψψ)

(ψψ) Causam decimarum esse summariam, adeoque in ea, ex æquitate procedendum sec. *Marant, part. 4. dist. 9. num. 174. Henr. Göden, in process. rubr. 10. numero 1. text* in Clement. dispendiosam. d. judic. cum sit causa Ecclesiast. quæ refertur inter causas summarias, quales sunt. 1. Causæ Ecclesiasticæ, ubi agitur de Electione præbenda, Canonicatu vel alio beneficio Ecclesiastico ratione tit. &c. 2. Causæ Matrimoniales. 3. Causæ usu-

 rarum.

rarum. 4. Causæ alimentorum. 5. Possessorii modici præjudicii. 6. Missionis in bonorum possessionem ex primo decreto & causæ missionis in possessionem bonorum ex ex edicto D. Adriani. 7. causæ L. diffamari. 8. Causæ nullitatum contra *processus & sententias*. 9. Causæ, *quæ in Curia mercatorum agitantur*. 10. Fractæ pacis publicæ. 11. Interventionum. 12. Causæ, quibus agitur ad exhibendum. 13. Causæ executivæ vel instrumentorum paratam executionem habentium, &c. *Confer. Addit.* Werndl. *lib. 4. cap. 6.*

PRIMA CONCLUSIO. *Si quæstio* (42) *sit inter Clericos, quibus de jure debentur decimæ, & eos qui solvere debent, causa est summaria:* text. est in clem. dispendiosam ubi gloss. in verbo, decimis ubi ceteri Doct. de decim. *Imo & procedi poterit* (43) *sine aliqua juris solemnitate*, ut post Zenzel. tradit Card. de clem. num. 28. Imol. num. 7.

SECUNDA CONCLUSIO. *Si quæstio sit* (44) *inter duas Ecclesias de jure percipiendi decimas, tunc quoque causa summaria est*; ita gloss. per illum textum, in d. vers. decimis quam ibi alii sequuntur, idem quoque tenet Rot. Rom. decis. 14. num. 2. de jud. in not. Asin. in praxi 1. p. §. 3. cap. 31. num. 12. Marant. in spec. aur. par. 3. distinct. 9. n. 174.

Zerol.

Zerol. in prax. Episcop. verb. decimae, vers. ad 6. *Atque idem est* (45) *si una earum agat solum ex consuetudine*, ut post Jo. And. & Paul. in d. clem. tenet Rot. d. decis. 14. n. 1. & 2. *Ratio esse potest, quia consuetudo,* (46) *lex quadam est, & jus commune*, c. consuetudo, distinctio. 1. cum ibi not. per Doctores, & in rubr. de consuet. *& sic dici non potest, quod decimae competant ex iure speciali.*

Tertia Conclusio. *Si sit quaestio de decimis debitis ex pacto, pollicitatione, vel voto, tunc* (47) *causa tunc non est summaria, gloss.* d. verbo decimis, *& ibi Jo. de Immol.* n. 4. *& Card.* num. 19. *dum ait, causam decimarum esse spiritualem, licet debeantur ex jure speciali, sed propter auctoritatem* (inquit) *glossae, quae à nemine reprobatur, communiter statur ei.*

Quarta Conclusio. *Si quaestio sit* (48) *inter Laicos etiam de decimis Ecclesiasticis, tunc causa non est summaria, nec habet locum clem.* dispendiosam; *ita in terminis Rot. Rom.* d. decis. 14. num. 2. *& colligitur aperte ex gloss. & Doct.* d. clem. dispendiosam, *tenentibus, locum* (49) *eam non habere, ubi decimae debentur ex jure speciali, non autem communi. Declara tamen hoc non*

 proce-

procedere quando (50) *agitur de successione feudi antiqui decimarum*, ut post Rot. decis. quadam So. tradit, & defendit late Card. de clem, num.21. *ex eo maxime, quia causa feudi decimarum est de decimis antiquitus debitis de jure communi, licet tale jus sit translatum in vasallum, qui* (51) *debet uti eodem privilegio*, l. qui in jus, ff. de regul. juris, & c. qui in jus, eodem tit. in 6. & hoc etiam tenet Bened. Capra repet. d. clem. num. 17.

QUINTA CONCLUSIO. *Contra* (52) *advocatos, & alios detinentes & impedientes, ne decimæ solvantur, similiter procedi potest summarie, ita Marant.* d. n. 174. *Card.* d. clem. n. 23. *post Laud. licet Imol.* num.8. *pro contraria sententia illum citet, cui* (53) *ipse adhæret, ex eo, quod tunc non agatur immediate ad decimas, sed ad interesse ratione decimarum, quod etiam sequitur Capra*, ubi supr. num. 20.

SEXTA CONCLUSIO. *Si quæstio sit* (54) *cum aliquo priore rurali, qui excolebat aliquas possesiones sui prioratus sitas in alterius parochia, & retinet earum decimas, quia inquit esse de dote Ecclesiæ*, juxta cap. novum genus, de decim. *secundum unum intellectum, quem tamen nos alibi reprobavi-*

mus,

mus, *vel quia sunt novalia propriis manibus culta*, juxta c. ex parte, il. 1. de decim. *& Rector petat eas decimas, tunc causa est summaria*, ut post Guil. Laud. d. clem. dispendiosam, not. Imol. num. 8. Card. num. 24. Capra num. 20. *quoniam contra hujusmodi religiosos est jus commune*, c. 2. §. ceterum, de decim. in 6. *Secus vero inquit Card. post Laud. loco cit. si talis Prior intervertendo possessionem dicat ad se jus percipiendi pertinere ex privilegio, vel præscriptione, in quo tamen* (55) *contrarium, & verius tenet Imol. & Capra* loc. cit.

De decima Papali, aliisque casibus specialibus videre poteris apud Doct. cit. aliquid nos inf. cap. 9. quæst. ult. in fin. *Quid vero importet* (56) *causa summaria, & de modo in ea procedendi recurres ad clem.* sæpe, cum ibi not. *maxime per Natt.* de verb. signif.

Quæro Quarto. An causa decimarum sit executiva, hoc est, An possit incipi à præcepto, deturque appellatio, necne.

Prima Conclusio. *In materia decimarum, si Rector* (57) *agat contra subditum ad decimas non solutas, incipi potest à præcepto cum monitione sub excommunicationis pæ-*

nis pœna, ut intra tot dies solvisse debeat tantam summam decimarum Rectori; ita gloss. d. clem. dispendiosam, in vers. præmoniti, *& post Laud. tenet Card.* ibidem num. 27. *Imol.* num. 10. *Anchar.* numer. 4. *Capr.* num. 22. *ubi etiam tradunt formam. Idem etiam de decimis in futurum solvendis, tradunt iidem Doct.* locis citatis; *& hoc est, quod voluit Rebuff.* d. tract. de decim. qu. fin. num. 23. *dum ait in materia decimarum incipi posse à præcepto*, per c. pervenit, de decim. *quod idem tenet Collect.* in c. pastoralis, in fin. eodem. *Quomodo vero excommunicatio possit ferri, vel fulminari pro decimis, fusius explicabo* quæst. seqq. (*ωω*)

(*ωω*) *Mindan. de Mandat. libr. 2. cap. 67. n 34. & seqq. dicit*, ad solutionem decimarum tripliciter esse procedendum: 1. Spontaneâ solutione decimæ enim & inprimis Ecclesiasticæ ad sustentationem Ordinis Levitici, nunc Ecclesiæ, Scholarum, sacrique Ministerii deputatæ ultrò & liberaliter sunt exsolvendæ: *V. Exod.* 20 *2. Paralip. 31. & cap. revertimini 65. cum can. seq quæst 1.* 2. Reali exactione, cum antequam fructus ex agris asportentur, decimæ auferuntur, *text. in c. cum homines, 7. inf.* 3. Mandatis Executorialibus, *v. cap. pervenit. d decim. & c. dilecti. in f. eod. c. omnes decimæ. in fin.* Sed quia modi inveniuntur decimas dare nolentes, stat: ut

ut sec. præceptum Domini admoneantur semel secundo, tertio. Quasi non emendaverint, anathematis vinculo feriantur usque ad satisfactionem & emendationem congruam 16. quæst.7.

Secunda Conclusio. *Contra pertinaces in solutione decimarum* (58) *invocari potest brachium seculare*; ita gl. d. clem. in verb. coërceri. per c. postulasti, de homic. quam ibi sequitur inter ceteros Imol. n. 12. Rebuff. d. quæst. ult. num. 18.

Tertia Conclusio. *Subditi cogendi sunt ad solvendas decimas* (59) *appellatione remota*; *text.* in c. ex multiplici, & c. tua nobis, ubi Abb. num. 8. & ceteri, de decim. & not. gloss. d. clem. dispendiosam, in verb. dispendiosam, in verb. coerceri, & Rebuff. d. quæst. ult. num. 21. Trivis. decis. Venet. 29. num. 16. ubi inter cæteros Imol. n. 12. Marant. in specul. aur. par. 6. tit. de appell. num. 304. post Specul. tit. de appel. §. in quibus, vers 4. *Marchesan.* in tractat. commiss. seu rescript. c. 4. num. 15. & 25. par. 2. *ubi etiam dicit, commissionem appellationis in causa decimarum detur cum clausula, sine retardatione. Sed quoniam gloss.* d. c. tua nobis, in verb. tributa, *Tiraq.* in tract. de priv.

piæ

piæ cauſ. 153. privileg. *& alii dixerunt, appellationem admitti in cauſa decimarum: Ideo diſtinguendum eſt cum Abb.* d c. tua nobis, num. 9. *& aliis Doctoribus, quod aut laicus ſolum allegat præſcriptionem, vel conſuetudinem, & non admittitur appellatio, & ſic procedunt jura allegata; aut (60) allegat privilegium Papæ, vel compoſitionem legitimam, & admittitur, ſicque procedere poteſt dictum gloſſ. & ſequacium. Ratio (61) diverſitatis non illa eſt, quam affert Abb. loco cit. quia contra jus divinum non admittitur præſcriptio, aut conſuetudo, ſecus autem fit in privilegio & compoſitione; Nam ut admittamus compoſitionem ab aliquo fieri poſſe, etiam de iis quæ ſibi debentur de jure divino, certe neq; privilegium valet contra jus divinum*, ut ſupra c. 5. concl. 2. demonſtuavimus, *neque decimæ omnino de jure divino ſunt, ut ſæpius in hoc tractatu oſtendimus: ſed illa ratio eſſe poteſt, quia favorabilius eſt privilegium, & compoſitio, & facilius probari poſſunt, quam præſcriptio, vel conſuetudo.*

QUARTA CONCLUSIO. *Debitor decimarum non poteſt (62) prætextu ejus, quod ſibi debetur, decimas denegare, cum in futuris decimis non admittatur compenſatio*, ut

poſt

post gl. in c. decimæ, 16. quæst. 1. & alios late tradit Rebuff. d. tract. quæst. ult. num. 19. *Imo neque (63) propter sterilitatem*, ut fuse ostendit idem n. 22. & Vivi. in Communi opin. 153. vers. consuetudo non solvendi. (aaa)

(aaa) An propter decimas debitas Jure restantes, hinterstellige Zehenden/ executio apud rusticos fieri possit in res ad agriculturam pertinentes, prout sunt equi, vel boves aratorii, pecora, stercorationis ob causam comparata, ligones, aratra, surculi, falces putatoriæ, & similia instrumenta, quibus agricolæ pro agris colendis indigent, vid. l. 7. cum seq. ff. quæ res pign. obl. post Coler. d. process. exec. part. 2. cap. 3. num. 187. cum seq. Et hoc non tantum communi Dd. calculo locum habet de pign. judiciali, quod capitur pro executione judicati, sed etiam in pignore & hypotheca conventionali, sive ea sit generalis, sive specialis, ita, ut pro executione res agricol si alia bona, haberi poss. pignori capi non debeant. Salyc. in l. 7. num. 1. & 161. Angel. 2. in f. ff. d. aq. & aqu. pl. arc. cum al. Sed illud hodiè de consuetudine malè observatur, notat Alberic. de Rosate in d. l. 7. pr. cum magis habentur respectus ad privatum creditorum commodum, quam ad publicum, & contrarium quod tota die practicatur per Bl. ibid. n. 4 Ubi tandem observ. quod hoc tantum procedat, si debentes

tes agricolæ non habent alia bona, in quibus executio fieri potest, &c. Cum quo concordat die Chur-Bäyerische Gerichts-Ordn. Tit. 13.

Quamvis Rebuffus dissent. d. literis obligator, artic. 2. gl. 1. num. 105. Quid sec. eum, ob publicam utilitatem, melius est, debitum perdi, in persona privati, quam Rempubl. destitui agricultura, quæ nos omnes alit. Luc. d. Penn. in l. 1. & ibi Joh. d. platea num. 2. & 3. C. de agric. & censit lib. 11. de Auth.

An executio rei judicatæ in causis decimar. & al. rerum, tempore messis, fieri possit? Dist. Dd. Nonnulli inter dies Feriatos, securos, & inter eos, qui in utilitatem hominum invecti sunt, ut Feriæ Messis & Vindemiarum, asserentes, quod in his exemtio fieri possit, velut nonnullis in locis fieri consuevit, quod vulgò voce den Acker mit einem Wisch bestecken. Verùm hic executionis modus prob. 1. quia messis per imbres & tempestates facilè perire potest. 2. quod debitor per messem impediatur pecuniam conquirere. v. Um. d. process. disp. ult. thes. 17. Longè est expeditior modus, si finitâm esse horreum occludatur, quam voc. Einem die Scheur schliessen; ita enim periculum damni evitatur. Fritsch. d. Messe c. 9. §. 4. n. 15.

QVÆRO QVINTO. Quibus pœnis, & afficiantur non solventes decimas?

Omissis aliis pœnis, & incommodis, quibus afficiuntur (64) *non solventes decimas*, de quibus

quibus per Host. in summa, tit. de decim. Doct. in c. fin. de decim. in 6. clem. 1. c. 1. & c. revertimini, 16. quæst. 1. & toto tit. ex eodem. Rebuff. d. tract. qu. ult. & Andr. Hisp. d. tract. reg. decimarum. q. 2. & 9. Anast. Germon. in jam sæpius alleg. tract. de sacro. immunit. c. 19. num. 100. & 101. & Petrus Greg. Tholos. in Prælud. optimi Jurisconsf. probique magist. libr. 2. cap. 25. *Ego contentus ero duabus pœnis canonicis excommunicatione nimirum, & privatione Ecclesiasticæ sepultura, de quibus aliquot constituam conclusiones.* (bbb)

(bbb) Non tantum qui decimas solvere cum integritate detrectat, Legi Divinæ obsistit, sed etiam, qui alios ad id mandato, consulendo vel consentiendo promovet, adeò, ut eâdem, quâ principaliter delinquens pœnâ teneatur: hinc cit. h. l. Rebuffus quæst. 15. inter alia refert quod decimas non solvens, sequentibus pœnis afficiatur: 1. quod confligantur à Deo. 2. Semper futuri sint pauperes. 3. Maledicti sint DEO. 4. Fame perituri sint. 5. Perdent abundantiam fructuum. 6. Sterilitatem sentient. 7. Mortem æternam consequentur. 8. Infirmitatem & ægritudinem incurrent. 9. Revocabuntur ad decimam. 10. Dabunt impio militi, quod non volunt dare Sacerdoti. 11. Res alienas invad. 12. Homi-

cida sit. 13. Sacrileg. 14. Sepultura Ecclesiastica carere deb. 15. Peccent mortaliter, & ob id excommunic. 16. Prædones, fures, & latrones sint. 17. Multis puniantur pœnis. 18. In miseriis consenescent, cum mult. allegatis ibid.

Q. 1. Quæ pœna furibus decimarum & fructuum in agris adhuc extantium infligatur? Decid. Artic. 167. Nemesis Carol. *Add. notas nr.* & Carpzov. *Praxin. Criminal. quæst 83. part. 1.*

Q. 2. Quomodo puniendus, qui messem incendit, der die stehende Früchten abbrennet/ oder die Mandlen auf dem Felde ansteckt? Evolv. Id. Carpz. *d. tr. part. & quæst. num. 33. 36. 38. 39.* Von Bestraffung deß jenigen/ so Mischling abmähet/ und den Zehenden darvon nicht reichet. Besiehe Werndl. *c. 1. lib. 2.*

Q. 3. Was de Jure Bavar. Herkommens. Etiam Id. *l. 2. c. 2. cum Addit. in fin.*

Prima Conclusio. *Non solvens decimas, cum teneatur, excommunicari* (65) *potest ac debet; text.* in c. decimæ, 16. qu. 7. c. statuimus, 16. quæst. 1. c. pervenit. c. ad hæc, c. ex parte, il. 2. c. in aliquibus, & c. cum non sit, de decim. clem. dispendiosam, de jud. & novissime in Concil. Trident. sess. 25. c. 12. de reform. *in quibus omnibus juribus*

cum

tum pœna excommunicationis solum comminata sit, neque alibi reperiatur ipso jure proposita, dicendum (66) *necessario est, non solventes decimas non esse ipso jure excommunicatos, quicquid dicere voluerit* Rebuff. d. quæst. ult. num. 15. & Hispan. d. quæst. 2. per c. 2. de rebus Eccles. non alien. in *6. ubi tamen nihil habetur de decim. sed solum excommunicantur Laici, qui* (67) *compulerint Prælatos ad submittendum bona immobilia, & jura Ecclesiæ laicis ipsis. De Excommunicationibus vero plura apud Baron. ad An. Chr. 57. num. 11. & seqq. Hackelm. disput. can. 11. it. Villagut. de Bonis Eccles. & d. Interdict. libr. VII. Decr. fol. 232. Fr. de Platea in tr. d. Restitut. Neque concludit illa ratio, quam iidem afferunt, quod sacrilegus* (68) *est excommunicatus*, c. canonica, 11. quæst. 3. & c. omnes Ecclesiæ, 17. quæst. 3. *detinens autem decimas* (69) *sacrilegii crimen committit*, c. in canonibus, 16. quæst. 1. & c. 1. 16. quæst. 1. *quare erit is ipso jure excommunicatus. Nam neque sacrilegi omnes sunt ipso jure excommunicati, sed solum violatores Ecclesiarum*; quomodo loquuntur dicta jura, & not. gloss. d. c. canonica, *neque decimas denegantes sunt proprie sacrilegi; tum quia illa jura loquun-*

tur de dispensantibus decimas præter Episcopi conscientiam, & de laicis possidentibus decimas, hoc est, jus decimandi, tum quia improprie sacrilegium committere dicuntur, ex eo, quia non aliquid ecclesiæ proprium detinent, sed solum illi debitum, ut loquitur text. in c. parochianos, de decim. *Neque fiunt Ecclesiæ quoad dominium, nisi post separationem*, ut ex eodemmet Rebuff. ostendimus hoc eod. cap. quæst. 2. conclus. 2.

Secunda Conclusio. *Excommunicatio hac fieri debet (70) monitione præmissa*; ita disponit text. in d. c. omnes decimæ, 16. quæst. 7. & c. pervenit, de decim. not. gloss. fin. in c. tua nobis, eodem, gloss. in clem. dispendiosam, in verb. præmoniti, & verb. coërceri, ubi cæteri de judic. Marches. d. c. 4. num. 2. post. Abb. in c. pervenit, num. 3. & ibi Anchar. de decim. *Et regula est* in c. sacri. ubi Doct. de sent. excom. *quod (71) sententia excommunicationis ferri non debet, nisi præmissa canonica monitione, & competenti, (72) quæ trina est*, c. contingit, il. 2. eodem, cum concord. ibi positis, *cum aliquo dierum intervallo, nisi aliter necessitas postulet*, ut disponitur in c. constitutionem, eod. tit. in 6.

Ter-

Tertia Conclusio. *Quamvis in his literis comminatoriis excommunicationis non teneatur judex (73) apponere clausulam illam, nisi causam rationabilem volueris allegare*, ut post Laud. tradit Card. de clem. num. 28. *debet tamen (74) vel recipere aliquam informationem, quod possessiones sint in parochia*, ut post Laud. docet idem Card. d. clem. num. 27. *vel formabit literas conditionales, ut quia in iis narretur, decimas non esse solutas & subjicietur, quod si verum est, monet, ut solvat tam præteritas, quam futuras, cum tempus erit, alias excommunicabit, & adjiciat clausulam, quod si senserit se gravatum, veniat ad docendum, & c.* ut tradit Card. d. num. 28. *Alia de his literis videre poteris apud Doct.* d. clem. dispendiosam.

Quarta Conclusio. *Is, qui solvere tenetur decimas, neque eas solvit, aut restituit ecclesiæ, (75) debet ecclesiastica sepultura privari; text.* in c. prohibemus, de decim. ubi gloss. Abb. & alii, *qui tamen textus potius loquitur in laicis sibi usurpantibus jus decimandi, sed de non solventibus* aperte tenet Rebuff. d. tract. de decim. q. ult. n. 16. Andr. Hispan. d. tract. reg. decim. quæst. 2. num. 8. *Et ratio esse potest, quia eas deti-*

nant cum animarum periculo, ut dicitur in d. c. prohibemus, & c, 1. 16. quæst, 7. & notorie delinqunt, ut notant Doct, in d, clem, dispendiosam, *qui autem in notorio peccato, & publico decedit*, (76) *privandus est ecclesiastica sepultura*, opt, text, in c, pro obeuntibus. ubi gloss, 13. quæst. 2. alia gl, in c, non æstimemus, verb, omnibus, ead, cap, & qu, & in c, ex parte, il, 2, ubi Joh. And, & in c, ex parte, il, 1, de sepult, Hisp, d, tract, vers, decima est jure naturali, num, 18.

QUÆRO ULTIMO, An superior, & judex procedere possit ex officio in casu decimarum?

PRIMA CONCLUSIO, *Judex potest ex officio procedere* (77) *contra non solventem decimas, tanquam contra notoriè delinquentem*; ita Anchar. d. clem. dispendiosam, num, 4. Imol, num, 7. Card, numer, 28. Capr, num, 23. *sumet tamen prius informationem, quod talis sit subditus, & quod illa prædia sita sint in parochia illius Rectoris*; Ita Imol & Capr, locis citatis.

SECUNDA CONCLUSIO. *Visitator si Episcopus sit, sive Episcopus in visitatione*, (78) *poterit cogere subditos ad solvendum parocho decimas*; colligitur hoc tum ex præceden-

cedenti conclusione, tum ex traditis per Fusc. in tract. de visit. 2 parte, c. 2. num. 26. Læl. Zecch. in tract. de Episcopo, c. 6. n. 37. Soc. eodem tract. de visit. sub n. 28. & Franc. Pavin. in consimil. tract. de visit. quæst. 5. n. 96. & seqq. & quæst. 8. num. 17. & 18. in parte, *quod idem erit in visitatore ab Episcopo deputato ex justa causa.* juxta notata per Zecch. d. c. 6. num. 2. Pavin. d. tract. quæst. 2. n. 44. & seqq. 1. parte, *id quod in specie adnotavit Paulus Salodius, vir magnæ eruditionis, & integritatis, prius defunctus, quam ejus collega fuerim in hac Metropolitana Mediolanensi Ecclesia; is inquam,* in sua pulcherrima praxi visitationis, part. 2. c. 7. *ubi etiam tradit, quomodo ea in re gerere se debeat visitator. Ratio est, quia visitatori incumbit* (79) *correctio excessuū & omnimoda sollicitudo Cleri, & populi diligenter visitandi*, ut latè tradit idem Pavin. d. 1. par. qu. 1. num. 9. 12. 13. & seqq. *puto tamen id procedere,* (80) *ubi notorie constaret, subditos ad decimas teneri, neque ullam rationabilem causam allegarent, tunc enim cum res altiorem requireret indaginem, diligentius esset cognoscenda, vel etiam ad Episcopum, aut ad summum Pontificem deferenda*, ut colligitur

ex Salod, loc. cit. & monet Fuscius d.c.2. nu. 26.& c.21. num.40. ex mente S. Thomæ & aliorum.

Tertia Conclusio. *Potest, & debet Episcopus,* (81) *ubi redditus Ecclesiæ parochialis adeo exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, si per beneficiorum secularium unionem id fieri non possit, eos sufficienter augere poterit ex primitiarum, oblationum, aut decimarum assignatione, parochianorum collectis, aut alia, quæ illi commodior videbitur ratione,* ut disponitur in Concil. Trident. sess. 24. c. 13. de reform. *quod etiam locum habebit, non obstante quacunque exceptione exemtionis, aut privilegii, etiam juris decimandi*, ut est optimus text. in c. 2. §. ubi autem, cum ibi not. de decim. in 6.

Pari ratione, cum Ecclesia (82) *longe distat à parochianis, ita ut ipsa non possint sine magna difficultate adire, potest novam Ecclesiam commodiorem intra ejus fines Episcopus ædificare, & in ea Sacerdotem sublato appellationis obstaculo ad præsentationem Rectoris Ecclesiæ majoris instituere ad sustentationem suam illius villæ obventiones Ecclesiasticas percepturum, ut est text.* ad literam, in c. ad audientiam, il. 1. de Eccles. ædif. *ubi per obventi-*

ventiones Ecclesiasticas possunt commode intelligi decimæ. prout colligitur ex gloss. & Doct. ibi & *Abb.* in c. novum genus, quod est 2. num.7. de decim. *dum ad materiam decimalem quærens, & tradens, quibus solvendæ sint decimæ, allegat text.* d. c. ad audientiam; *& quamvis text. ibi loquatur, ubi antiquæ Ecclesiæ Rector commode sustentari potest sine redditibus, & proventibus oppidi, in quo constituenda est Ecclesia, & gloss.* ibi in verbo, convenienter *dicat quod alias id non permitteretur; tamen idem dicendum puto in eo quoque casu, cum jure novo Concil. Tridentin. provisum sit exiguitati redditnum Ecclesiæ, modo, quo supra diximus, nimirum assignando ubi opus sit, decimas pro sustentatione Rectoris, & ut possit debitis oneribus satisfacere: quod etiam sentire videtur Card.* consil.26. num.2. & satis colligitur ex d. c.1. §. ubi autem, de decim. in 6. *quo loci jubetur ordinariis locorum, ut ordinent, quod etiam privilegiati super decimis recipiendis gratis assignent Ecclesiis parochialibus eam portionem de earum proventibus, ut inde & competentem sustentationem habere, & debita onera valeant supportare. Atq; hæc de decimis, quas* spirituales *vocant, dicta sint satis.*



SUMMÆ RERUM.

1. Effatum S. Auguſtini.
2. Cauſa finalis decimarum quotuplex?
3. Effectus decim. præcipuus.
4. Quale ſit jus exigendi decimas?
5. Num reale quoad fructus nondum decimatos?
6. Involvatne Dominium utile vel directum?
7. Utile ſolùm defenditur.
8. Pro Dominio directo quæ ſtent fundamenta?
9. Diſſolvuntur iſthæc fundamenta ſingula, *& num. 10. cum ſeq.*
12. Cui bono ulterius decimæ ſint inſtitutæ?

CAP. IX.

De Effectu & Utilitate Decimarum.

(1) QUà de evolvendus memorabilis Sermo *S. Auguſtini*, Patris Auguſtiſſimi, qui extat tom. *X. Operum edit. Baſil. pag. 769. ſerm.*

serm. 219. de tempore. Ejus locô Recentioris cujusdam, at ingenio & doctrinâ Maximi Viri sententiâ, cum Sagitt cap. ult. d. dissert. penè obsignare placet. Utinam inter Christianos hæc etiamnum vigerent, quorum liberalitas Judaicâ certè inferiorum non esse debebat, si non multo perfectior, pleniorque; sed dolendum est, cum jugo ceremoniarum inutilium excussô, morum etiam, Virtutumque laudatissimarum jugum qu, excussum esse, non aliter, quam si Christianum esse, tantundem sit, atque nihil cum Judaicis LL. tam quæ ad mores spectant, quam quæ ad ceremonias & judicia, commune habere velle. Magnopere sanè hoc facit ad opprobrium Religionis Christianæ & Judæorum offendiculum, quod non sine specie veri exaggerant in contumeliam SERVATORIS nostri, quem charitatis, liberalitatis, beneficentiæ, cæterarumque virtutum non præconem tantum, sed ἀρχηγὸν καὶ πλειωτὴν esse gloriamur.

(2) Post alias igitur causas decimarum restat penultima quoad executionem, sed prima intentione, Causa Finalis; de qua ex dictis sat constat, per decimas præcipuè intendi, ut Ministri Ecclesiæ commode sustententur, & per eos à cura victus solutos expeditiùs rebus Divinis vacetur? dum interea solventes decimas Deo in recognitionem supremi ejus. Dominii eas in Ministris Ejus offerunt: Finis ergo principalis & Primarius decimarum instituendarum

endarum hic est, ut Ministri Ecclesiæ commodè sustentari queant; & qui finis ultimus est, ne cultus Divinus intercidat, ut refert allegatus *Ziglerus d. tract. cap. 7. num. 7. cum seqq.* Plures alias causas coacervant *Rebuff. quæst. 2. Azor. c. 23. quæst. 10.*

(3) Effectus autem duplicis generis enarrat *Venator in Analys. Jur. Pontif. h. t.* quorum alios ait enasci ex decimis præstitis, uti sunt securitas corporis, animæ, abundantia fructuum, acquisitio cœlestium præmiorum *c. decimæ. 66. caus. 16. quæstion. 1.* de quibus nulla occurrit hîc difficultas: alios vero effectus considerare licet, quando decimæ nondum sunt præstitæ; & quidem rursus duplici modo, vel in ordine ad parochum seu decimatorem; vel in ordine ad eos, qui tenentur solvere decimas. Quoad priorem partem clarum est. 1. ex omnibus hucusque dictis, dependenter à Lege Ecclesiastica jubente decimas Ecclesiis aut Parochis solvi, eas certò deberi parochis, ita, ut hi Jure Communi verùm aliquod jus habeant exigendi decimas; Sic enim ait *Alex. III. in c. 14. h. t.* Cum decimæ non ab homine, sed ab ipso Domino sint institutæ, q. debitum exigi possunt: sive dein præceptum hoc fuerit à Deo immediatè latum, uti olim in Vetere Testamento, sive per Ecclesiam, ut in Lege Gratiæ. Dein certum est. 2. *Prædictum* debitum non solum esse Religionis, sed insuper Justitiæ, tum quetenus decimæ serviunt

ad

ad necessariam sustentationem Ministrorum Ecclesiæ; tum quatenus Ecclesia fecit hanc determinationem quoad decimam partem, & sic decimarum obligationem constituit intra objectum justitiæ; sicut quando taxatur à legitima potestate certum, v. gr. frumenti pretium, illud ex justitia servandum est. *Pirrhing. num. 153.*

(4) Quia tamen intra latitudinem justitiæ potest res aliqua duplici modo esse debita alteri, nempe vel tanquam aliena respectu debitoris, & tanquam propria creditoris, uti v.g. debetur res furto sublata; vel tanquam propria debitoris, at cum oblatione reddendi olim, veluti debetur pecunia mutuo accepta, &c. hinc quoad decimas sat gravis quæstio plures aliàs particulares post se trahens nascitur. Quonam modo ex dictis duobus decimæ debeantur?

Quamvis enim quoad oblationem conscientiæ, & rationem peccati, duo illi modi non multùm differant, tamen in ordine ad multos effectus morales ac civiles, quoad jus in foro externo prosequendum, valdè inter sese disceptant, ita, ut Canonistæ quoque in diversas abeant sententias: Consul. d. manip. Dn. Com. Königl. quæst. 8 p. 128. cum seqq.

(5) Nam I. Ecclesia vel Parochus in fructus decimatos seu nondum separatos à reliquo cumulo, habet aliquod jus reale. Prob. quia Jus Reale seu in re habet is, qui immediatè

tendit

tendit ad rem aliquam sibi subjiciendam, in ordine ad actionem, quam vi juris sui potest circa eam exercere, ad Jus personale dicitur, vi cujus immediatè tenditur ad personam aliquo modo subjiciendam, in ordine ad actionem, vel omissionem actionis, ad quam persona illa vi Juris talis est devincta. *D. Glettle in Inst. lib. 2. tom. 2. n. 4.* Atqui Parocho vel Ecclesiæ circa fructus nondum decimatos competit jus prius, vi cujus non ad solam personam, sed ad rem ipsam tenditur immediatè; Ergò hoc jus est reale & non merè personale. Pr. Minor. si fructus nondum decimati veniant ad manus tertii, cui Dominus fundi & fructuum eos tradidit, seu bonâ, seu malâ fide, potest Ecclesia immediatè fructus petere sec. partem decimam ab illo tertio possessore *c. 28. h. t. & rursus c. 33.* Ergò manifestum est, adesse Jus, quô quis immediatè tendit in ipsos fructus, seu rem: aliàs enim, si daretur solùm Jus personale, in tali casu solùm Dominus fundi non autem alter qui bona v. gr. fide fructus illos à Domino accepit, maneret obligatus & conveniri posset; cujus oppositum patet ex Juribus allegatis.

(6) Præfatum Jus. II. dicitur esse saltem quasi dominium, seu utile simile illi, quod habet usufructuarius; non tamen est Dominium directum, rigorosum aut perfectum: prima pars patet ex præced. conclusione nam Dominus fundi non potest alienare fructus in præjudicium usu fructuarii, & hic recuperare

potest

potest fructus, ubicunque eos repererit. Vi Dominii aut juris utilis; atqui hocipsum potest facere Ecclesia aut parochus respectu fructuum non decimatorum, juxta txx. paulo ante allegatos, Ergò simile jus competit parocho, sicut usufructuario. Secunda pars etiam pr. Fructus omnes, antequam à reliquo cumulo separaretur pars decima, sunt in dominio & bonis illius, cujus sunt prædia & fructus, qui sequuntur Dominium rei frugiferæ *arg. l. 2. §. 2. ff. de pollicit.* Ergò Ecclesiæ ante factam separationem non competit dominium directum, ne quidem pro indiviso, ut partim ex ead. lege eruitur, partim ex eo, quia nullum adest solidum fundamentum, aut titulus talis dominii communis.

(7) Quod sic amplius confirmatur. Nam Ecclesia non habet commune Dominium in ipsis prædiis, seu terris, quæ ferunt fructus, nec in semine, arboribus, pecoribus, &c. unde fructus proveniunt; unde nec in ipsos fructus habebit Ecclesia verum ac directum dominium, q. ex vi nativitatis eorum (*ut loquitur Suarez. cap. 36. num. 4.*) nec ex vi solius Legis Ecclesiasticæ, quæ non tollit Dominium alteri competens, nec facit illud commune, cum vim hanc prorsus singularem nullibi videamus expressam. Ita *cum Glossa - Feder. Senens. & aliis declarant Rebuff. quæst. 3. num. 16. & 17. & quæst. 9. num. 8. Castro-Palao p. 2. num. 4. Layman. c. 2. n. 5. Pirrhing. h. t. n. 154. Anr. c. 8. num. 35.*

(8) Et

(8) Et ab hac sententia ita declarata fortè re ipsa non dissi. ii, qui cum *Panormit. in c. tua nobis, 16. h. t.* ajebant, ante separationem fructuum jam competere Ecclesiæ dominium, directum in decimas, ita, ut eorum fructuum possessor, tanquam debitor rei prorsus alienæ, teneatur ad decimas reddendas.

Quæ sententia his maximè fundamentis nititur. 1. Vindicatio in Jure non datur, nisi Dominio in rem propriam ab alio detentam *l. 23. ff. de R. V.* Atqui in Jure Canon. pro fructibus non decimatis vindicatio conceditur Parocho *c. moderamine. 33. 16. quæst. 1.* E. Parochus habet verum Dominium in tales fructus seu decimas. 2. Idipsum ex pluribus Sac. Canonum txx. videtur erui, dum decimæ vocantur Bona DEI, vel Ecclesiæ *per c. decimæ, lib. 16. q. 1. Ubi gloss. infert:* Ergò ante separationem decimæ sunt Ecclesiæ, cum debeantur ut res, quæ non sunt sub Dominio debitoris, qui alias non invaderet res alienas, &c. 3. Est privilegium Ecclesiæ, ut sine traditione consequatur dominium rei sibi legatæ, vel donatæ, ut teste, *Lind. Engl. num. 51. h. t. notant. Interpp. in l. 23. C. d. SS. Eccl.* E multò magis ex voluntate DEI & præcepto Ecclesiæ, transfertur Dominium decimarum in Clericos ante traditionem vel separationem, cum voluntas Ecclesiæ videatur esse efficacior, quam privati donatoris.

(9) Sed, hac sententia, quamvis appareat

magis

magis pia & favorabilis Ecclesiæ aut Clericis; non satis est fundata in Jure Sec. *A nr. c 8. n.34.* cum aliis citatis. Nisi intelligatur de solo Dominio utili per quod ambæ sententiæ qu. in concordiam revocantur, *attest. Suarez. c.36.n.8.* qui dein fusè & præclarè totam hanc difficult. componit: itaque ad 1. Resp. Neg. Min. Si vox vindicatio sumatur strictè in sensu juridico pro actione procedente à vero directo dominio: Vindicare vero hîc idem significat, ac usurpare, quo sensu ead. vox in jure Can. reperitur in *c. quia nonnulli. 3. d. Cleric. non resid. Zoësius h. t. n. 61.* Dein, in sensu ap. JCtos quoque recepto vindicatio quandoque sumitur minus strictè prout significat non actionem directam *juxta Gl. in ll. 34. ʃ. de R. D. & Gl in. l. 5 §. 3. ff. d. R. V. Pirrhing. numer. 157. h t.* quam utilem vindicatione facilè concedent omnes.

(10) Ad 2. Resp. oportere, ut jura juribus concordentur; unde citati txx. ita sunt intelligendi in paulo latiori sensu, ut non contradicant aliis veritatibus & txx. sat claris, quos adducunt *Suarez. cap. 36. n. 6. & 7. Zoës. n. 61. h. t.* præsertim *ex c. 14. h. t.* Unde, sicut quandoque S. Patres vocant fures & raptores eos, qui non dant pauperibus eleemosynam, cum deberent; quamvis nemo propterea dix. eos talium bonorum Dominium dimittere, vel pauperes ipso facto dominium acquirere ante traditionem; sic in latiore significatione decimæ dicuntur res alienæ, quatenus sunt

 aliquo

aliquo modo alteri debitæ; quod adhuc magis procedit, admisso saltem jure aliquo reali, pariente utilem rei vindicationem, prætertim, cum etiam is, qui actionem habet ad rem, videatur rem habere, *l.15.ff.d.R.J.*

(11) Neque stringit, quod tertio loco erat oppositum; ad summum enim ea sententia, quod dominium transeat ad Eccles. ante rei tradit. intelligenda est, quando res certa & determinata, vel, quando de donatione proprietatis constat, quod non sit in nostro casu, in quo tunc solùm posset hæc sententia permitti, quando fructus decimales jam sunt à reliquis fructibus separati & designati; tunc enim permittit *Pirrhing.num.155.h.t.* Dominium directum & utile spectare ad Ecclesiam, etiamsi actualis traditio sive realis apprehensio nondum sit facta; quod etiam generaliter quoad donata vel legata Ecclesiis statuit *Layman.l.3.tr.1.c.5.num.8.ex cit.l.23.& l.fin.C.d.SS.Eccles.*

(12) De cætero, decimæ quoque sunt institutæ in figuram supra dictæ recognitionis debitæ sive dominii universalis, quod deb. Deus, quia DOMINI est terra, & plenitudo ejus orbis terrar. & universi, qui habitant in ea *Ps.33.* *Tynd.de decim.num.17.* & quod certa stipendia ac salaria Ministris Ecclesiæ exsolvenda, idque Apost. 6. argumentis probat. 1.Cor.9. sc. 1. ex Jure Gent. 2. ex Similibus. 3. ex loco parium. 4. ex Lege Mosaica. 5. ex ordine div. 6. ex Novo

Novo Testamento sec. illud CHRISTI: dignus est operarius alim. suo, *vid. Gerhard. in loc. de Ministr. Eccles. cap. 7. sect. pr. §. 324. Balduin. d. Instit. Ministr. c. 27. pag. 296.* adeò ut etiam emeritis parochis, in casu, si in propriis non habet, unde se alant, certa provisio ex reditibus vel substantia Parochiæ, sit faciendum, vel, si non suffic. Parochiani annuatim quid contribuant, ita tamen ne successor stipendio suo defraudetur, & ad minimum dimidia illius pars ei salva remaneat, prout fusius deducit *Carpz. in J. P. Consist. tit. 10. defin. 153. n. 6. 7. & seqq.* Conf. Addit. *ad* Werndl. *l. 2. c. 6.* ubi quoque: sic tribui Levi, quam pro servitio suo elegit DEUS, de redditibus prospexit, & 48. Civitates cum suburbiis eid. assign. Num. c 35. Levitis, Sacerdotibus & Pontifici decimas fructuum, pecorum & jumentorum concessit. Num. c. 28. v. 31. Sacerdotibus & Pontifici primitias & primigenia assign. Lev. 13. Num. 18. Deuter. 26. quin etiam oblata DEO sive ex voto, sive ex libera devotione in Sacerdotum usum cedebant. Lev. 32. vers. 23. Num. 15. Unde collig. Tribum Levi præ aliis fuisse opulentissimam, & præsertim Pontificem ditissimum, cui vix comparari possit Pontifex & Sacerdotes Novi Testamenti sec. allegata D. Andler. in Jur. Prud. Publ. &c. libr. 1. tit. 5. part. 1.



SUMMÆ RERUM.

1. Materiæ decimis affines enumerantur.
2. Quas inter Primitiæ, quarum natura describitur.
3. An primitiæ Jure Divin. vel Ecclesiastico debeantur?
4. Negatur quoad eas Jus Naturale.
5. Rationes & Causæ propter quas inNov. Testamento Ecclesia quotam decimæ instit.
6. Oblationum natura, & diversitas exponitur.
7. Rationes suadentes obligationem faciendi oblationes referuntur.
8. Sed negatur, ea de re præceptum extare.
9. Ex aliis tamen 4. Titt. potest nasci ea obligatio.
10. Quomodo decimæ à primitiis differant?
11. Et quomodo ab Oblationibus?
12. De Primitiis & Thrum. M. ap. Ebræ.
13. Vom Opffer-Geldt / in Ecclesia primitiva.

14. Ob-

14. Obligatio solvendi Decimas potest minui, & aboleri.

15. Primus modus ex Privilegio Pontificio.

16. An privilegium simpliciter datum extendatur ad Novalia?

17. Probabilior sententia negat hanc extensionem.

18. Insinuatur quædam limitatio certor. A. A.

19. Solvitur primum fundamentum contrariæ sententiæ.

20. Dissolvuntur cætera tertia fundamenta.

21. Magis roborantur datæ responsiones.

22. Wann die persönliche Zehends-Freyheiten zu Unkräfften kommen? remissivè.

23. Quomodo Immunitatis privilegium amittatur per actus contrarios, &c.

24. Alii autem modi tollendi decimas scil. præscriptio, & consuetudo, referuntur.

25. Præscriptionis tempus & efficacia ostenditur.

26. Qui Lex decimarum consuetudine tolli possit?

CAP. X.

De Affinibus decimarum harumque contrariis, per quæ tollantur, vel obligatio solvendi decimas.

(1) PRimitias & oblationes seu materias decimar. affines seu cognatas passim appellant AA. cum Venat in Annal. Jur. Pontif. h.t. Ubi præterea addit tanquam affinia decimar.

marum Censûs, Exactiones, Procurationes, de quibus agit specialis Tit. 39. libr. 3. decret. Eod. modo huc trahi possunt alii Clericorum proventûs, præsertim portio Canonica, quam cum decimis habere similem naturam testatur Lancellotus Instit. Jur. Pontif. l 2. d. decim. sive intelligatur portio Parochialis, sive Episcopalis, de quibus agi solet in speciali Titulo de Sepulturis: Præterea, jam sup. ordine inverso, insinuatum est, hoc spectare tum decimam papalem, ut voc. A, nr. & amplissimè ad eam pertinentia diducit, tum decimarum. Quartam Episcopis de Jure debitam, c. conquerente. 16. d Offic. Judic. ord de qua. Id. Lancellotus d. decim in f. Reperi etiam possent hîc, quæ sparsim de decimis Laicalibus sunt dicta, inprimis, quæ ex Indulto Pontificum in Laicos v. gr. Reges & Principes sunt translatæ, de quibus Emin. Gonzalez. ad c. 19. de decim.

(2) Ut autem saltem aliqua ex his Affinibus decimarum nonnihil libemus, per Primitias intelliguntur non bonitate, sed tempore primi fructûs, v. gr. agrorum, vinearum, hortorum, &c. in animalibus v. primitiæ dicuntur primogenita: Et hæc quamvis quoad aliqua conveniant cum decimis, discrepant tamen potissimum in eo, quòd primitiæ sint primi fructus tali anno collecti; decimæ autem sint certa seu decima pars fructuum: deinde saltem in Veteri Lege primitiæ offerebantur quæ

immediatè DEO in recognitionem beneficiorum & gratiarum act. etsi dein qu. mediatè cesserint etiam in alimenta Sacerdotum: at decimæ directè & immediatè dantur Ecclesiæ Ministris tanquam stipendium, &c. Quænam autem fuerit olim varietas Primitiarum, ex S. Literis, & P.P. referunt Suarez. c. 8. num. 11. Emin. Gonzalez, ad c.1. d. decim. n.4.

(3) In Lege antiqua Primitiæ erant à Deo præceptæ; imò, 2. in novâ quoque Lege olim dabatur Lex Ecclesiastica de iis afferendis, 3. at Jure Natur. non debentur per se loquendo. I. Membrum patet ex Sac. Scriptura *Exod. 23. Num. 18. Deut. 16. Malach. 3.* & exponit *Pirrhing. num. 171. ex cap. 1.* II. Membrum rursus clarum est ex *pluribus txx. Decretor. c. præter. 6. dist. 32. & c. revertimini. 65. caus. 16. quæst. 1. & c. 1. caus. ead quæst. 1.* ita tamen ut determinatio quantitatis fuerit relicta arbitrio fidelium. *Suarez. cap. 8. num. 15.*

(4) Et not. Lege naturali nos obligari solùm ad gratitudinem in genere, sive dein exerceatur hoc determinato modo primitiarum, sive alio; cum possint homines æquè per preces v. gr aut alia pietatis opera suam erga DEum gratitudinem demonstrare. *Lud. Engel. num. 62. h t.* cum communi, juxta quam etiam constat in omni ferè regione hodiè contraria (frustra renitente *Rebuffo quæst. 1. num. 21.*) consuetudine sublatum esse hoc Jus merè Ecclesiasticum, *Castro-Palao pag. 16. num. 2. cum Azor. l. 7. c. 38.*

c.38. quæst. 3. Leſſio l. 2. c.39. num 31. Pirrhing. numer. 172. ut proindè parùm ad praxin juvare poſſint ea, quæ de his fuſiùs diducunt *AA. cum Barboſa de paroch. c 27.*

(5) *Ex prædict. Lesſio* Werndl. *d. tr. in cap. 9.* collegit. 11. rationes & cauſas, propter quas in Nov. Teſtamento Eccleſia quotam decimæ, ſive decimam, & non minorem partem inſtituit: Sed ſecundam rationem *Ziegl d. tr. cap. 13. §. 16.* ita perſtringit: quod nimir. decima pars data fuerit ad incitationem decimarum in Vet. Teſtamento, uti Abraham decimam Melchiſedech dedit, non quidem, ut Chriſtiani à Lege Moſaica liberati onere illius denuò ſe ſubjicere, & noviter in Judaiſmum prolabi voluerint: ſed, quia facilius erat, Laicis decimam partem facultatum Miniſterio Eccleſiaſtico attribuere, quam omnem ſuam ſubſtantiam in communem uſum vertere, propter communionem Chriſtianorum primæ Eccleſiæ *ex cap. 6. Actor 32.* quæ adhuc viguit. Tertulliani tempore, ſec. Ziegl. cit. loc. §. 6. Cum v. charitas illa decreſcere inciperet, Laici ab illa vita communi recedere coacti ſunt adeò, ut mallent, aliquam partem, quam totum eorum ſubſtantiæ ſive facultatum amittere, ubi præterea not. quòd, lic. à Chriſtianis decimæ ad imitationem Veter. Teſtamenti, introductæ ſint, tamen illæ ab his longè diſtant, quia in Veteri Teſtamento non niſi de frugibus & arborum pomis, & de animalibus, quæ ſub

virga pastoris transibant, decimæ exsolverentur, non vero de aliis rebus: *Levit. cap. ult. Addit. Dominic. Soto de J. & J. l. 9. quæst. 4. art. 2.*

(6) Oblationes si latius & in genere sumantur, significant omne, quod ad divinum cultum offertur, & sic comprehendant, etiam decimas, primitias, sacrificium, preces, dona sacta quæcunque, &c. paulò strictius significant rem quamcunque, quæ intuitu Religionis immediatè DEO, sed absque immolatione vera in sacrificio usitata, offertur in Altari, v. gr. Ecclesiæ, vel extra eam, ut dein ad Ecclesiæ, usum aut Ministrorum sustentationem cedat; quo sensu excluduntur quidem decimæ, primitiæ & sacrificium, sed comprehenduntur omnia dona & munera, quæ vel per actus inter vivos, vel mortis causa, per legatum aut ultimam voluntatem relinquuntur Ecclesiæ, sive quoad res mobiles, sive quoad immobiles, *Barbos d Paroch. c. 24. num. 1.* qui *num. 3.* insinuat strictissimam significationem oblationum, quæ dicuntur usuales, & fiunt à fidelibus v. gr. sacrificii tempore ad Aram seu Manum Sacerdotis, de quibus *Rebuff quæst. 1. n. 27. Azor. l. 7. cap. 27. qu. 8.* qui etiam declarat, *quæst. 9.* discrimen inter decimas, primitias & oblationes specificè acceptas.

(7) Illud hîc indagandum, utrum oblationes propriè acceptæ sint ex necessitate seu obligatione à Fidelibus præstandæ?

Obligationem suadent. 1. *txx. Juris Canonici*

nonici c. statuimus. 55. caus. 16. quæst. 1. ubi dicitur: si quis oblationes Ecclesiæ vel decimas, quas populus dare debet, &c. *& in c. præter hoc. 6. dist. 32.* Alexander III. præcipit, ut decimæ, primitiæ & oblationes vivorum & mortuorum Ecclesiis DEI fideliter reddantur à Laicis. 2. Saltem olim in Ecclesia videtur fuisse generalis usus & consuetudo faciendi oblationes certis anni festivitatibus inter Missarum solennia, qui usus principium aliquod habuit *ex jure Divino cap 23. Exod.* & deinde in Nova Lege acceptus & roboratus est per usum S. Patrum, *c. omnis Christianus 69. dist. 1. de consecrat.* quem ex. nimis clarum pronunciat *Lud. Engl. num. 65. h. t.*

(8) Sed credo, facilè ad concordiam revocari posse memoratam sententiam cum altera communi, negante obligationem absolutam & per se faciendi oblationes, quam cum al. citatis tenet *Barbosa d. paroch. c. 24. num. 9.* ubi ait, securè tenendum esse, oblationes non deberi ex præcepto: non Divino, quia Lex Vetus quoad præcepta Ceremonialia vel Judicialia nunc non ligat: nec Ecclesiastico, cum in *S.* Canonibus tale non reperiatur, *Pirrhing. n. 174. h. t. cum aliis allegatis, & ipso Thoma 2. 2. q. 86. a. 1.*

(9) Ubi tamen Id. 4. modos seu titulos enarrat, ex quibus potest nasci independenter à præcepto absoluto Ecclesiastico, obligatio pendendi obligationes; si nimir. 1. ratione promissionis, aut conventionis factæ, vel per modū census aut pensionis quis ligaretur

hoc

hoc onere. 2. Ratione pii voti, &c. 3. Si Ecclesia, aut ejus Ministri ad suam sustentationem indigerent talibus oblationibus. 4. Si adsit consuetudo obligans, aut præscriptio, quæ omnia fusius exponunt *Castro Palao p. 17. Barbosa l. c. num. 10. Gonzalez. ad c. 13. d. V. S. cum Aloys. Riccio in Praxi p. 4. resol. 295. Suarez. c. 5.*

(10) Differunt decimæ à primitiis, quia hæ sunt prima pars fructuum Deo offerendorum; illæ non tantum de fructibus, sed & aliis etiam rebus mobilibus debentur. 2. Hæ semel tantum illæ singulis penduntur annis. 3. Hæ incertam, illæ quotam habent definitam.

(11) Quod etiam ab oblationibus diff. id quoque vel inde patet, quia decimæ mediatè, determinatè & coactè: Oblationes vero immediatè indefinitè & voluntariè (nisi Parochiæ reditus valdè tenues existant, quoniam & tunc sunt præcepti) DEO offeruntur. *Fr. Mart. d. disp. Can. Concl 9 & 10.*

(12) Primitiæ & Thruma magna apud Ebræos decimarum solutionem antecedere solebant; neque enim Moses unum genus decimarum proposuit, inquit *Scaliger. in diatrib. de decim.* Et quidem primò omnium in publicam testificationem, quod annuam fertilitatem pro singulari DEI Beneficio agnoscerent, vel, ut *R. Levi Ben Gerson in 2. Sam. 23. v. 16.* scribit, ut benedictionem messis instantis impetrarent, de fructibus maturescentibus offerendum Ebræis fuisse OMER, h. e. manipulũ spicarum, quæ decimam

cimam Ephæ partem vel menſuram Omer redderent, uti R. Abarben. explicat, qui rectè addit: totius cœtûs nomine fuiſſe offerendum. Probant hanc oblationem nonnulli Chriſtiani, quos inter *Sixtinus ab Amama in Comment. d. dec. ex Lev. 2. v. 14.* Si obtuleris munus primitiar. frugum tuarum DOMINO. Et debitum erant primitiæ primarum frugum, ſed non ipſæ primæ frugis. Qui enim oblationem fructuum facturus erat de primis frugibus, id de ſpontaneis faciebat, quas alio etiam, quàm paſchatis die offerre licebat Ebræis, minimè de manipulo illo azymorum die offerendo. Longè rectius vero probatur *ex Lev. 23. v. 10.* ubi præcipitur, ut cum vol. metere ſeu ad metendum parata ſeges fuerit, à ſpicarum DEO offerendarum, deſectione fiat initium, easque coram Deo elevet, i.e, ſec R. Abarbenel, huc & illuc agitet in 6. mundi partes ad oſtendendum terram Domino eſſe plenitudinem ejus. Oblato hunc in modum altero paſchatis die manipulo 50. diebus pòſt, Feſto nimir. Pentecoſtes h. e. elaboratis fructibus, vannato frumento, oleo & muſto primitias offerebant, ut ſancitum d. c. 23. verſ. 15. Num. 28. verſ. 26. Deuter. 16. verſ. 9. Atque hæc oblatio Ebræis voc. Thruma vel oblatio magna Judæis, Germanis eine Abſcheidung. Quod ipſam oblationem attinet, *R. Maimonides l. cit.* eam divinitus mandatam fuiſſe ſic probat: Thrumæ hujus fit mentio in Lege, quum Benedictus ille ait: *Deut. 18. v. 6.*

initium

initium frumenti tui, musti tui & olei tui dabis mihi. Cum vero in genere duntaxat jubeantur dare primitias, non determinata illarum quantitate Ebræorum quoque sapientes illam populo præscripserunt. De primitiis singulis annis solvendis Lex solis radiis est perscripta *Deuter. 18. vers. 4.* Primitias frumenti, olei, & musti tui, & primitias tonsuræ tuæ ei dabis. His verbis in specie & determinatè DEUS præscribit, de quibusnam rebus primitias dari velit? *prolixius in c. 1. d. Diss. Th. Sagitt. sparsim.*

(13) Das Opffer-Geld in Ecclesia primitiva erat in usu, *teste Besoldo in Th. pr. sub voc.* Opffer/2c. & receptum fuit, ut ante communionem S. Cantiones à Clero recitarentur, quod officium cantandi, offertorium appell. inter quod populus oblationes Sacerdoti Lyturgiam agenti coram Altari offerebat. Habuisse autem Ministros Ecclesiæ inservientes ex oblationibus istis sua alimenta non probabile tantum est, sed etiam haud obscurè innuere videtur Apost. *1. Cor. 9. vers. 13. 14.* Idem ferè repetitum in Concilio Antiocheno can. ult. Et hæc praxis circa oblationes fidelium observata fuit etiam, postquam integra prædia in perpetuum Ecclesiæ patrimonium addicta, & ab Ecclesiasticis personis retenta fuerunt. *Ziegler. d. dot. Eccles. cap. 3. §. 5.* In Saxonia nummi missales, Opffer-Pfennig/ pars sunt salarii in pagis Ecclesiæ Ministris præstandi, ut videre est

Ord.

Ord. Eccles. artic. generalis 23. vom Opffer: quod procul dubio ab antiquis oblationibus originem trax. *referente Carp. in Jurisprud. Cons. l. 1. t. 7. defin. 105. num. 1.*

(14) *Demonstrat*, porrò, *usus & experientia, non adeo ferream esse Legem de solvendis decimis, quin emolliri, temperari, aut certo saltem modo aboleri possit*, vel ab ea certæ personæ, aut integra communitas eximi. Quæ res in nr. principiis non habet difficultatem cùm habet in quæst. 3. & controv. 1. Dn. Com. Königl. de diss. satis demonstratum sit, obligationem solvendi decimas dependere hodiè solùm à præcepto Ecclesiastico, non autem Divino, aut Naturali, nisi loqueremur de ea portione, quæ ad necessariam sustentationem Ministrorum Ecclesiæ poneretur requiri, quæ utique semper debet excipi in omnibus seqq. casibus, in quibus dicitur cessare obligatio solvendi decimas juxta ea, quæ habet *Layman, c. 6 circ. fin.*

(15) Primus e. & facillimus modus obtinendi Immunitatem ab hac obligatione est Privilegium Legitimum; quod nulli Principes Laici possunt conferre *cap. 25. h. t.* nec Episcopi, cum non possint in Jure Communi Canonico dispensare nisi in casibus ipsis specialiter concessis, *Pirrhing. num 52. h. t. cum Barbosa d. paroch. c. 28. num. 49.* sed Summus Pontifex *c. 3. & 9. h. t. Suarez. c. 14. num. 9. & 10. cum num. 13. & 14.*

(16) An autem talia privilegia sint ita
amplè

amplè interpretanda, ut, si Cajus v. gr. sit absolutè immunis per privilegium Pontificium à solvendis decimis ex propriis prædiis, sit censendus etiam immunis à Decimis Novalium, quæ post concessum privilegium coli sunt cœpta? Exceptionem privilegii ad Novalia suadent hæ rat. 1. Immunitas à decimis antiquis solvendis est quid majus, & immunitas à solvendis decimis Novalium minus quid; E. cui concessa est prior immunitas, etiam concessa est posterior. *v. c. ex parte, 27. h. t.* 2. Exemptiones & privilegia circa decimas non præstandas proveniunt à mera Liberalitate & Beneficio Supremi Principis Ecclesiastici; Ergò sunt latè interpretanda, & consequenter, etiam extendenda ad Novalia. *Leg. c. quamvis, 4. de præbend. in. 6. c 6. de donat. c. 22. d. privil. cap. 16. de V. S.* 3. Sub privilegio generaliter ac indefinitè concesso de non solvendis decimis continenter omnes q. species decimarum. E. etiam comprehenduntur decimæ Novalium, *evolv. cit. c. 22. d. privil.* 4. Negatio absoluta, seu particula negativa universalis, vi cujus in privilegio dicitur, nullas dec. esse solvendas, negat universaliter omnes dec. E. *Ita sent. Pyrrhing. num. 103. h. t. Fagnanus in c. cum contingat. 29. num. 9. h. t. Zoes. num. 54. eod. Suarez. c. 19. num 4.*

(17) Pro sententia restringente Privilegium, ut ad Novalia non extendatur, pugnat illud præcipuum fundamentum. Immunitas hæc à præstandis decimis per privilegium con-

cessa

cessa est Juri Comuni contraria, parochis valde præjudiciosa & valdè odiosa, E. non debet extendi ad N. ut minùs lædâtur Parochi *arg c.2.h.t.in 6.& c. quamvis.8.de Rescr. in 6.* Si quid privilegium percipiendi decim. alic. simpliciter concessum non comprehendit Novalia de novo consurgentia, E. cum in utroq; casu videatur esse parratio, ut privilegium odiosum, sive Laicis, sive Clericis concessum in præjudicium Parochiæ, restringatur *argum. c.6. d. consuet.* Sic quoque doc. *A. nr. c. 6. num. 67. supr.* Werndle *l.4. c.4. conclus. 7. cum plurib. al.*

(18) Sed hi AA. addunt eam limitat. nisi sat clara privilegii verba, aut aperta mens concedentis privilegium, ex verbis aut circumstantiis collecta majorem extensionem etiam ad Novalia suad. *argum. cap.12. h.t.* præsertim, quia in eo casu censetur non magnum præjudicium Parochiæ oriri. *Iterum A. nr. l.c. num. 62. & Rebuff. quæst. 14. num 28.* quorum tamen AA. distinctionem oppugnat *Suarez. c.19 num. 5. & 6.* Sed hic casus videtur esse rarus, ad quem fortè suam limitat. nolent extendi præcitati AA. cum Al.

(19) Cum quibus censeo pro secunda sententia stare magnam probabilitatem; sic enim valdè commodè elidi possunt allata fundamenta. Nam axioma in 1. Fundamenti majore positum, solùm procedit in mat. favorabili & non præjudicante Juri Communi. Sed *in cit. cap. 27.* Sermo est de Decim. Novalium

colligendis à Parocho, seu Monasterio, cui incorporata erat Parochia, intra cujus limites Novalia erant orta. *Dn. Com.* Königl. *d. dissert. quæst. 5. num. 24.* Saltem illud est certum, patronos 1. Sententiæ malè pro se uti hoc tx. quia is loquitur de privilegio colligendi decimas ubi plerique illi AA. neg. extensionem ad Novalia, tanquam in odiosis, & præjudicialibus.

(20) Nec firmum erat, 2. Fundamentum, quia eatenus solùm est privilegium Pr. latè interpretandum, quatenus agitur contra ipsum concedentem, non autem quatenus vertitur tertii præjudicium ex *c. 8. de Rescr. & l. 2. §. 16 ff. ne quid in loc. publ. Canis. c. 11. n. 7. cum Gonzal. Panorm. Covarr. &c.* tertium & quartum fundamentum eadem resp. enervatur, si dixi generales locutiones aut universales negationes semper esse intelligendas juxta mat. subjectam & mentem loquentis, & concedentis privilegium, qui nisi clarè exprimat, non censetur tantoperè velle præjudicare tertio. Confer. *Reg. 81. in 6. & arg. c. 2. h. t. in 6.*

(21) Neque vis inest particulæ neganti, de qua in quarto fundamento d. imò argumentum illud solvi debet ab omnibus, qui negant privilegium concedens perceptionem decimarum extendi ad Novalia; quamvis enim illud privilegium sit affirmativum, tamen in se implicitè continet negationem universalem. *Prolixius Dn. Com.* Königl. *d. dist. quæst. 9. thes. 8. juncto Consilio Facultatis Juridico-Oenipontanæ, &c.*

(22) Haud

(22) Haud incommodè heîc qu. Wie und wann die persönliche Zehends-Freyheiten zu Kräfften kommen? Resp. Auf viererley Weiß. *VVerndl. lib. 3. cap. 4. cum Addit.*

(23) Quomodo immunitatis privilegium amittatur per actus contrarios, ita, ut immunis à decimis, collectis, aliisve oneribus, si nihilominus solverit eo ipso videatur suo renunciasse privilegio? *Vid. c. si de terra & c. accedentibus. 12. x. de privil.* Si tamen immunes à decimis semel vel pluries solvat, non præjudicat sibi ad futuras solutiones, sed tantùm in eo, quod est solutum: proin denuò solvere jussus, potest se privilegio exemtionis sive immunitatis tueri, nisi per totos 30. annos decimarum solutio, à se & prædecessoribus suis facta ostendatur. *Klock. d. Contribut. c. 16. sect. 1. num. 199.* quia tantum tempus privilegium exemtionis omninò aufert, extinguit, ubi rationem adducit, simulque limitationes refert. Sed, An, si duo conjunctim habent privilegium immunitatis de non solvendis decimis, & unus per contrarium actum contravenit privilegio, alteri præjudicare possit? N. quia hæc contraventio quoad personam ipsius facientis actus contrarios privilegio, saltem intelligenda est, cui quidem ad sui præjudicium renunciasse præsumitur; secus vero quoad alios, quibus præjudicare non potest, quia jus nostrum non tollitur, nisi facto nostro, factumque unius non debet alteri nocere, &c *Felin. in c. cum, access. num. 23. vers. hanc reg. Menoch. de*

 pra-

præsumpt. lib. 4. n. 5. Decian. consil. 43. n. 35. vol. 3.

(24) Alter modus acquirendi immunitatem à decimis solvendis jam occurrit, nimirum præscriptio, cum qua licet multi confundant tertium modum consuetudinis; tamen opus est, inter hos 2. modos distinguere, quia hæc supponit actus communitatis, & hanc, quà talem immediatè afficit; præscriptio vero est personæ privatæ, ita ut bene quidē dici queat, certum decimarum jus esse v. gr. consuetudine derogatum; malè tamen diceretur, privatam personam abrogasse consuetudine jus decimarum, vel privatam tantum personam liberatam esse à lege decimarum per solam vim consuetudinis, distincto inter privatum unius vel alterius personæ, & diuturnum usum communitatis. *V. Gonzal. ad c. 20. h. t. n. 2. & Suarez. c. 12. num. 6. & 7.*

(25) Quoad præscriptionem autem in hac materia certa est regula, ut privata persona acquirat præscriptione immunitatem plenam à solvendis decimis requiri & sufficere tempus 40. annorum cum titulo, sine hoc vero tempus immemoriale *ex c. de quarta 4. de præscript. & c. Episcopum. 1. d. præscr. in 6. docent AA. communiter, contra Rebuff. quæst. 13. num. 55. quem refut. Canis. d. tr. c. 17. num. 16.* quia jus exigendi decimas est spirituale, non autem jus exemptionis. *A. nr. 6. 5. num. 105. cum seq. Pirrhing. num. 113. h. t.*

(26) Ut in certo loco decimæ nullæ penitus solvantur, consuetudine induci potest, modò sc. Ministri Ecclesiæ aliundè, quam ex deci-

decimis, v. gr. ex Legatis piis, amplis reditibus fundationis Ecclesiæ, &c. congruam sustentationem habeant. *Barbosa d. Paroch. c. 28. num. 64. cum plur. citatis, quos inter Covarr.* qui tamen non satis convenienter loquitur. *Vid. Suarez. c. 12. n. 8 qui etiam cap. 8. n. 16.* insinuat consuetudinem in hac materia velut regulam habendam esse tam quoad gradum obligationis, quam quoad quantitatem solvendam, & quoad personas, quæ obligantur, & quoad loca & personas, quibus solutio est facienda, ut sumitur *ex Innoc. & Al. in c. 1. d. decim.*

(27) *Suarez. c. 13. n. 7. Pirrhing. d. dec. num. 131. in f. Castro-Palao p. 4. num. 6. Haunold. de Leg. c. 3. num. 134. cum plerisque Auth. al. & Gonzal. ad c. 20. h. t. num. 2.* Werndl. *l. 3. c. 9. Zöes. n. 33. h. t.* Dicunt in materia saltem decimarum oppositam sententiam de 40 annis esse tutiorem, communiorem ac probabiliorem: aliàs per se loquitur nullum tempus est definitum, & ideò arbitrio Judicis negotium relinquendum; quia verò ordinariè loquendo communissima Autorum existimatio saltem in hac mater. prudentem Judicem non posse legalem consensum sufficienter præsumere, nisi elapso spatio 40. annor. *Confer. Barbos. d. tr. c. 38. §. 3. num. 68. Anr. c. 4. num. 102. cum seq. ad c. 20. h. t. circ. fin. Qui in c. 1. d. consuetud. num. 14.*

(28) Hucusque dicta de consuetudine tollente legem & obligat, solvendi decimas integras solùm procedere ait, quasi remanet aliunde Parocho congrua susten-

tatio, aliàs enim, si Parochus ad sustentationem prædictam egeret integris decimis, Parochiani nulla consuetudine quantumvis immemoriali, excusari possent, &c. *Vid. præter Al.* Wernol *l. 3. cap. 9. conclus. ult. Add. Suarez. c. 12. num. 6.* in locis, ubi pauca vel nulla sunt prædia, sed ferè omnes artibus aut negotiationibus vacant, faciliùs induci posse, ut solæ personales solvantur, v. gr. Venetiis, imò n. 8. inquit, consuetudinem apud Græcos viguisse, & nunc esse in Italia, (saltem quoad certos partes) ut nullæ decimæ solvantur, cum aliundè Clericis provisum sit de congrua sustentatione, quod semper requiri, sæpius jam est dictum *cum A. nr. c. 4. num. 90. Gonzal. add. c. 20. h. t. Zoes. num. 33. eod.*

(29) Nihil officit, 1. quod nemo possit præscriptione liberari ab obligatione solvendi tributum Regi aut Princ. *l. 6. C. d. præscr. 30. &c.* E. neque à solutione divini Tributi, ut est decimac. tua nobis. 20. h. t. Sed decimarum onus solùm impropriè vocatur tributum. Dein veritas anteced. patet ex Jure Civ. at quoad decimas oppositum constit. ex Jure Canonico.

Nec obstat, quod Laicus non solvendo decimas, videatur eas à seipso accipere & sic quasi usurpare jus exigendi decimas, cujus tamen juris Laici sunt incapaces? R. nullo modo hîc usurpare jus spirituale; nam onus solvi decimas, est utique temporale; & longè magis immunitas ab illo onere; etsi jus percipiendi decimas seu exigendi ab altero sit spiri-

tuale

tuale, quod Laicus non usurpat, quasi ob præscriptionem vel consuetudinem non solvit decimas quia tunc solùm percipit fructus integros ex propriis v. gr. agris non autem eos, qui verè essent debiti Ecclesiæ, &c. *Pirrhing. n. 130. h. t.* qui dein ostendit hac in re nullam committi injustitiam, quasi consuetudo est legitima. *Et num. 133.* exponit quosd. al. modos v. gr. Transactionibus aut Compositionibus &c. quibus saltem ad tempus certum cessat obligatio solvendi decimas. *De quib. A. nr. c. 4. à n. 119. usque ad 136. Canis. c. 17. h. t. inf. Barbos. d. tr. v. 28. §. 4. num. 24.*

(30) Not. Wann eine zehendbare Frucht verderbt / oder durch Ungewitter und anderes Unglück zu Grund gegangen / der Thäter darfür den Werth zu erstatten: Ita *Dd. in c. commissum. x. d. decim. & propter c. ex literis. fin. x. d. dol* Werndl. *ad c. 1.* Hoc casu. Und da der Zehend-Mann den Zehenden nicht zu rechter Zeit folgen lasset / hat er dem Zehend-Herrn den Schaden abzutragen; *Hostiens. de decim. quæst. 15.* Wann er aber nicht an dem Unglück schuldig / hat er den Fall auch nicht zu entgelten / *per deducta* Werndl. *d l.* Aliud, Da die Zehendbare Früchten entfrembdet / oder auf den Aeckern die Korn-Aeher hinweg getragen. *Id. d. l. De Jure Bavar. art. 4. tit. 18 dist.* an damnum à Decimatore passum factum sit vel dolo, vel saltem incuria & negligentia debitoris; priore casu, debitor omne damnum resarcire tenetur, & pœnam Judicis simul incurrit; po-

ſteriore caſu ſaltem tenetur de damno, & nullam pœnam ſentit. Solte und wolte der Zehend-Herr den Zehenden nicht annemmen: In Bavaria tempus præfigit, quamdiu debitor de evictione damni decimatori debeatur, Sc. 4. Septiman. niſi periculum in ſe ſuſceperit, & expreſsè ad majus tempus ſe obligaverit *artic. 28.* quia quilibet favori ſuo pro ſe introducto renunciare poteſt, &c. Inferuntur decimis alia etiam damna, quæ tamen debitor non habet præſtanda, ut, ſi damnum infertur meſſi, & per conſequ. decimis per venationem, & ſubditi avocantur ad ſervitia Venatica zu den Jagd-Dienſten: quare, moribus Germaniæ, introductum, ut ferarum venatio ante diem Bartholomæi non ſit libera. *Vid. D. Fritſch. d. Meſſe*, vom Ernd-Rechten / *cap. 10.* 2. Paſculatione extantibus in agro adhuc fructibus, daß das Vieh nicht auf die Aecker zu treiben / biß der Zehend eingebracht / ſonſten die Hirten bey 3. Pfund Heller / oder ſonſten ernſtlich geſtrafft worden / und Bäyr. Land-Recht. *tit. 28. art. 5.* Item Würtenbergiſch. Land-Ordnung. *cap. 5.* In terris Bavariæ, & Superioris Palatinatus, quando per anſeres, oves, aut ſues damnum illatum pecora pignorantur, damnum illatum æſtimatur, & Dominus pecoris ad reſtitutionem damni tenetur, ſalvo tamen regreſſu in paſtorem. *Confer. nr. tr. de pignorat.* 3. Rapacitate hominum tenuiorum, hinc conſtituuntur Feld- oder Flur-Schützen / ut in Ducatu Würtenb. Alſat. & aliis locis. *Vid. Ordin. Saxo-Gothanam*

par. 1.

part.2.c.3.tom.27. Conf. Speidel. in Specul. notab. verb. Fold.

(31) Deren sondernbaren Betrug und Eigennützigkeiten / deren 6. Werndl. *d.l.* erzehlt/ vel fraudibus variis ordinationibus occurri solet, & quidem in decimarum præstatione, quæ in mergitibus & manipulis in Garben fit, caveri solet, ne fructûs absque prævia decimatione deferantur in horrea, sed, ut decimatio in præsentia ejus, cui decimæ debentur, fiat. *Rebuff.quæst.5.num.21.per c. omnes decimæ,16 qu.7.* Hocque ipsum est, quod solvendæ sint decimæ, præsente procuratore collectoris, ne ulla fraus fiat præstationi decimarum. *Panorm.in c. 21. de decim. Carpzov.Jur.Pr.Consist.l.1.t.8.d.130. num.7.& 10. Conf.* Bäyer. Land-Recht. *tom.28. artic.1. &* Würtenbrg. Land-Ordn. *cap.4.ibi:* Daß niemand keine Garben / ꝛc. *Adde General-Visitations-Artic.43.* deß Fürstl. Neuburgischen. Committitur etiam fraus ab iis, qui conducti sunt ad colligendas decimas vel connivendo, vel subtrahendo sive convertendo decimas in proprios usus, adeò, ut hîc non immeritò quæratur: an ejusmodi ministri furtum committant, & pœna furti affici queant? Et affirm. modò dolus revera appareat. *Evol. Carpzov. in Pract. Crim.part.2.quæst.85.num.9.* Limit.tamen si quis voluntate Domini surripiat. *v.§.placuit. J.de oblig.ex delict.&c. & l.48.§.qui ex voluntate. ff.d.furt.*

(32) Ne mergites sive manipuli oder Zehend-Garben/ fiant inæquales, cavetur in der

Fürstl. Würtenbergisch. Zehend-Ordnung *cap. 4.* ibi: Unsere Amtleut sollen / ꝛc It. in Ordinat. *Neoburg.* in den General-Artic. 45. sequentia habentur: Die Garben sollen von zehendbaren Aeckeren durch den Zehenter oder in Beyseyn einiger ehrlichen Manns außgezehlt und eingeführt werden / und dem Zehend-Herren bevorstehen / mit dem Außzählen anzuheben / wo er will. Ex quibus patet ejusmodi fraudibus quovis licito modo obviam ire licere, prout etiam in Palatinatu Superiori *Leg. Addit. ad d. l. 2. c. 1.* Werndl.

Præterea, cavendum est Parochianis, ne inæquali modio utantur, sive frumentum commutent, aut aliis modis Parochis quicquam iniqua manu detrahant; ne autem ejusmodi fraudes committi soleant in Bonis Rebuspubl. jurati mensores frugum constituuntur, (geschworne Korn-Messer) quorum officium est, ut non solùm modio signo civitatis vel Reipubl. notato utantur, sed etiam cognoscant de frugibus, an omnis fraus absit, und / ob das geliefferte Geträidte Kauffmanns-Gut sey? In Saxonia ad repellendas has fraudes Parochianorum in Ordinatione Ecclesiastica *art. gener. 21.* sancitum, ut in præsentia Schulteti & Scabinorum Parochianis ministris Ecclesiæ admetiantur, daß ein jeder tauglich Getraidig / und so gut es ihme gewachsen / und am rechten Maß erlegen / ꝛc.

(31) Ob man aber im Zehendreichen das Böseste / Kleineste oder Geringeste außsuchen / und

und es dem Zehend-Herren lieffern solle? Neg. Sondern die Geistl: Rechten gebieten / den Zehenden fideliter oder treulich zu geben / *in c. quicunque. 16. quæst. 1.* i.e. nec pejus, nec minus aliquando offeratur de grano, aut de vino, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, &c. *Confer. c. omnes decimæ. 16. quæst. 2.* c. in aliquibus. c. non est in potestate, *c. tua nobis. x. de decim.* quod decimæ cum integritate solvendæ sint, h. e. Vollkommlich/unverfälscht/ und nicht gemindert. *Confer. Numer. 18. & Eccles. cap. 33.* Das allerbeste und außerwehlteste zum Zehenden / keine ungerechte oder arge Garben/ &c. Werndl. *l. 2. c. 3.* ubi quoque ex Tuscho & Fagundez cum Al. in decimis non solvenda majora, neque deteriora sed bona fide agendum, prout res sese offerunt. Nam decimum animal natum, sive bonum, sive malum, si potest discerni, venit solvendum, sin minus, mediocre solvitur, ut nec melius, nec deterius solvatur *Confer. Oldrad. consil 236. num. 2.* Hinc porcelli & agnelli dicuntur: Wann sie abgesogen haben/ die Gänß aber/ wann sie gefüdert seynd / nisi aliud inter partes conventum fuerit, cum quo *Jus Bavar.* concordat *tit. 28. artic. 16.* alioqui commodum non afferret, & ita præstari debet, ut ad usum etiam & deinceps vivere sine matre possit: ne datio ex illorum imbecillitate pereat. *l. 10. inf. ff. d. solut. l. eum qui de annot. legat. Joh. Andr. in Add. ad Speculator. in verb. speciem. Et Rebuff. quæst. 6. num. 31.* dicit: Hodiè esse consuetum, statim post Paschatis Festum,

hoc

hos fœtus decimare, & solet dari in plerisque locis hujus fœtus decim. in pecunia. Nimirum si Parochianus hab. hœdos. 20. duo æstimabuntur, & illorum pecunia Parocho dabitur, atque ita servatur in multis locis, nisi consuetudo contraria existat. Sic, si decimæ in modio solvuntur, tale Parochiani afferre frumentum tenentur Ministris Ecclesiæ, quale in cujusque agro quotannis nascitur: quia non tantùm ratio decimarum non admittit, ut in alio frumento præstentur. *Carpz. in J. Pr. Constit. t. 8. defin. 126. num. 6*

(34) An decimæ tempore belli, (da die Aecker nicht gebaut/ noch besaamt werden können / oder die Früchten / wegen vorgegangener Durchzüg / nicht mögen eingeerndet werden /) nihilo secius debeantur? *Vid. Gloss. in extravag. comm. tit. ne sed vac. &c. vol. 3. disp. Bas. 6. de dec. th. 7. §. 6. qui propter bellum, &c. cum §. seq. ubi,* quod ad decimas solvendas subditi non teneantur, neque ad eas adstringi possint, cum & ipsi nihil percipiant & tempore extremæ necessitatis omnia bona sint comunia *l. 2. §. cum in ead. inf. ff ad L. Rhod. d. jact. c. si quis propter. d. furt.* & inanis est actio, quam debitoris inopia excludit *c. olim. 16. d. rest. spol. l. 15. ff. d. dol. Panorm. in c. ut super. n. 7. de reb. Eccl. alien.* Imò res Ecclesiæ & Clericorum sunt pauperum, *c. quoniam. ult. 16. quæst. 1. ubi Gloss. &c. quod autem 23. quæst. 7.* debetque Ecclesia alicui dimittere, unde vivat, nec omnia tam avarè sunt extorquenda, sed habenda est ratio, ne quis egeat, Gloss. in l.

qui-

quicunque recognoverit. *ib. quæst. 7. Rebuff. quæst. 5. num. 15.* quemadmodum quarta pars omnium bonorum & redituum Ecclesiasticorum pauperibus egenis distribuenda est, *c. de reditibus. 28. cum c. mos est 30. & seqq. 12. quæst. 2.* quatenus nimir. facultates suppetunt, & qu. aliquid supra est ultra necessaria. *In Addit.* Werndl. *l. 2. c. 7.*

(35) Utrum spoliatus in causa decimar. sit restituendus? Regulariter quidem nemo facto Judicis, multò minus alicujus tertii, causa cognita, possessione vel quasi destituatur, vel ea uti prohibeatur, *per allegata. Gailii observ. 145. num. 12, & seqq.* Sed adamantina est Dd. conclusio, quod allegans possessionem, eamque probans omninò debeat manu teneri, & si ea spoliatus est, restitui: *c. ad decimas, de restit. spoliat. c. 1. d. præscr. c. cum persona. d. privil. in 6.* & ne prædo quidem de sua possessione dejiciendus sit, cui adstip. Chur-Bäyer. Land- und Polyzey-Ordnung *l. 5. t. 6. art. 1.* Excipitur tamen casus, si Clerico, qui in aliena Parochia decimas possidet, à Parocho loci possessio interverteretur, & decimas in horreum suum congereret: *leg. c. 1. d. restit. spol. in 6. hocque* etiam obtinet in Laico: *V. Canis. c. 16. num. 6.* licet in praxi hodie vix locum hab. ut quis se de sua possessione notoria dejiciatur.


(36) Sonsten sollen diejenige / so bißhero den Hauß-Zehend von vierfüßigen- und Feder-Viehe gegeben / denselben (wie es vor Alters Herkommen /) noch forthin dem jenigen / deme


er


er billich gebühret / treulich und ohne Widersatz reichen: Wurdē sie aber in der Ansatz-Liefferung falsch und sträfflichen erfunden werden / solten sie auf jedes solches Verbrechen den Zehendt doppelt reichen / darzu sie auch die Grund-Obrigkeitl. Herrschafft auf deß Zehend-Herrens anlangen / gebührlich halten / und nicht Unterschleiff geben sollen: Oder es solle der Herr selbsten beklagt / und nach Erkantnuß deß Gerichts gestrafft werden. Herr von Hochberg / *Georgica Curios.* Adel. Land-Leb. *lib. 1. c. 62. pag. 62.*

(37) De aliis quoque & similibus affinibusque Decimis, ut d. agit Em. Gonzalez *ad cap. 7. d. decim. num. 4. in fine*, ubi eas vocat Decimas pro subsidio Terræ Sanctæ, aut Belli causa; & testatur, ejusmodi decimas Belli gratia contra Saracenos initi sæpius à Romano Pontifice ex fructibus Ecclesiasticis esse concessas Regibus Hispaniarum, ut referunt Spondanus in Cont. Baronic. Anno 1275. & P. Gregorius libr. 2. Syntag. cap. 20. Quod nostris quoque temporibus, subjicit Dn. Com. à Königl. in Manip. decim quæst. thes. ult. à Sede Pontificia liberaliter præstitum, in Favorem AUGUSTISSIMÆ DOMUS AUSTRIACÆ, felicissimè contra Turcas triumphantis, & Victorias plus quàm Decumanas referentis, ad quarū plausum totam hanc de decimis Materiam Votis submississimis claudimus, consecramus atque

FINIMUS.







INDEX LOCUPLETISSIMUS RERUM, QUÆ IN HOC TRACTATU *DE* DECIMIS CONTINENTUR.

Prior nota singula Capita; Posterior vero Capitum numeros indicat.

A.

Con-

E. Ec-

Fru-

I.

Nunc.

per-

Pen-

Por-

Præ-

So-

FINIS INDICIS rerum singularium ad Tractatum de Decimis.

Se-

FINIS INDICIS rerum singularium ad Tractatum de Decimis.

